STATVTA, CONSTITVTIONES, ET DECRETA GENERALIA FAMILIAE CISMONTANAE ORDINIS S. FRANCISCI DE OBSERVANTIA,

Ex omnibus eiuſdem Ordinis Conſtitutionibus, & Statutis collecta, & reſtituta iuxtà ſancitum in Capitulo Generali Romano Anni M. DC. XXXIX.

Atquè in Generali Congregatione Romana Anni M. DC. XLII. approbata.

Vnà cum Tabula, & Conſtitutionibus æditis in eadem Congregatione Generali.

ROMAE,
Ex Typographia Reu. Cam. Apoſt. M.DC.XLII.

SVPERIORVM PERMISSV.

FR. IOANNES MERINERO, TOTIVS ORD. S. FRANCISCI MINISTER GENERALIS, ET SERVVS.

Dilectis in Chriſto, noſtræ Vltramontanæ Familiæ Fratribus, ſalutem in eo, qui eſt vera ſalus.

ETSI ſciamus, in benè inſtituta Republica nihil eſſe legum mutatione deterius, quia regularis diſciplina, quæ in tenacis conſuetudinis campo, profundas radices agit, in molli, faciliquè ſtatutorum variatione langueſcit. Verùmenimuerò cum fluxæ mortalitati & mores, & leges accomodari, ratio ipſa ſuadeat, mirum non eſt, ſi ab naſcentis Religionis exordio, acceptas leges, ſubſecuta Generalia Comitia, additione, vel detractione correxerint. enim à noſtro Prothoparente, & à ſanctis Patrib minis, & obſeruantiæ, quaſi quoddam primigeniu (vt aiunt) humidum radicale accepimus, quotidiani veluti pabuli aſſumptione, & medicæ cuiuſdam artis moderatione, Capitula generalia, ad noſtra vſque tempora deriuarunt. Hinc obortæ tot generalium ſtatutorum collectio-

nes, Narbonenſes, Barchinonenſes, Tholoſates, Alexandrinæ, Aſsiſinates, Salmanticenſes, Neapolitanæ, Valliſoletanæ, Segobienſes, Toletanæ, aliæquè inferioris notæ, quia nimirùm, variarum legum antidotis, ſui æui moribus ſufficienter prouiſum fuiſſe, Patres noſtri, zelo, ac pietate fulgentes putauerunt. Attamen, cum non tantùm temporum viciſsitudo varia in ordine decerni ſuaſerit, verùm etiam ſancta Mater Eccleſia nouas, multaſque Conſtitutiones, regularem ſtatum concernentes ediderit, quæ incertis vagantes ſedibus, inaccuratæ cuſtodiæ, & quandoquè tranſgreſsioni facilem aditum aperiebant; viſum eſt duobus Romanis Capitulis Generalibus, anni ſcilicet 1625. *&* 1639. *(in quo ad ordinis clauum, licet immeriti, diuina tamen diſpenſatione, aſſumpti fuimus.)* Vt ſtatuta Ciſmontanæ Familiæ, per eiuſdem Patres reuiſa reformarentur, & ad normam Apoſtolicarum Conſtitutionum ſtrictius reducerentur. *Quod, quia Deo authore in nuperrima, ac frequentiſsima Generali Congregatione Romana præſtitum eſt, & quæ viſa fuere, vel è Valliſoletanis anno* 1593. *reſecanda, vel è poſterioribus Comitijs ſupplenda, per Patres, prudentia, & rerum vſu ſuos, reſecata, & addita, Apoſtolicæ Conſtitutiones repoſitæ ſunt: Vt autē tam inſignis labor, tantorūq. [illegible]m vota, ac (quod caput eſt) ordinis bonum, ſuo non fraudentur effectu, nouam hanc ex veteribus, paucis adiunctis, ſtatutorum collectionem vobis omnibus exhibemus, & intimamus, vt regularis diſciplina claris, pauciſque legibus roborata, in dies effulgeat, ſuoquè nitori familia*

milia iſta reddatur. Seruatæ enim leges religionem ſeruant: neglectæ, aurum minoriticæ perfectionis obſcurant. Et quaſi muſcæ, in vnguentario vaſe commorientes, coram Chriſti fidelibus ſeraphicum odorem fœtere faciunt. Quapropter dilecti in Domino filij, quorum quò ſublimior gloria affectatur à nobis, maior nos veſtri cura ſollicitat, ad præſentium ſtatutorum obſeruantiam vos, & affectione adhortamur, & officij noſtri authoritate compellimus, vt quos obedientiæ, & virtutis pulchritudo non attrahit, ſtimulus vrgeat vltionis. Sanctæ enim obedientiæ meritum, & paternam benedictionem illa obſeruantibus, & obſeruaturis indulgemus: negligentibus autem ſancitas pœnas volumus infallibiliter irrogari. Itaque cum præſentia ſtatuta publicata fuerint, vt ad eorundem obſeruantiam ſedulò connitamini, vobis præcipimus, & mandamus. Valete interim in Domino, meque veſtris ſacrificijs, & orationibus commendatum habeatis. Datum Matriti ex noſtro Conuentu S. Franciſci die 24. Iulij 1642.

Fr. Ioennes Merinero
Miniſter Generalis.

In Nomine Domini. Amen.

HAEC EST TABVLA CELEBERRIMAE CONGREGATIONIS GENERALIS.

IN HOC CONVENTV S. MARIAE de Aracæli Almæ Vrbis Romæ celebratæ 7. menſis Iunij 1642. Præſidente Eminentiſs. & Reuerendiſs. D. Franciſco, Tit. S. Laurentij in Damaſo Diac. Card. Barberino, S.R.E. Vicecancellario, Protectori noſtro, & à S. D. N. VRBANO ſpecialiter delegato.

IN primis, triennio Reuerendiſs. P. F. Benigni à Genua fæliciter abſoluto, idem Reuerendiſsimus totius Ordinis Pater perpetuus, ſuffragijs Religionis in Commiſſarium Generalem noſtræ Ciſmontanæ Familiæ cooptatus eſt.

Procurator Generalis Ordinis in Curia Romana.

Adm. R. P. Fr. Gaſpar Sanchez Lector Iubilatus, Prouinciæ Caſtellæ, & Ordinis Pater, continuatur.

Commiſſarius Generalis Curiæ Romanæ.

Adm. R. P. Fr. Fabius Papazzonius, Lector Iubilatus, Prouinciæ Bononiæ Cuſtos.

Pro-

Procurator Generalis Reformatorum Familiæ Ciſmontanæ.

Adm. R. P. Fr. Ludouicus à Monte Gabione Prouinciæ Reformatæ S.Franciſci.

Definitores Generales Ciſmontanæ Familiæ.

Adm. R. P. Fr. Io: Andreas à Genua, Prouinciæ Reformatæ Genuæ Cuſtos.

Adm. R.P.Fr. Ioannes de Roma, Lector Iubilatus, Prouinciæ Romanæ Exminiſter.

Adm. R. P. Fr. Bonauentura de Aquauiua, Prouinciæ S.Nicolai Miniſter.

Adm. R. P. Fr. Stephanus à Bettona, Prouinciæ S. Franciſci Miniſter.

Adm. R. P. Fr.Michael Angelus à Sambuca, Secretarius Generalis, & Prouinciæ Reformatæ Vallis Mazariæ Cuſtos.

Adm.R.P.Fr.Paulus de Tauris, Prouinciæ Sanctæ Mariæ Vngariæ Miniſter.

Guardianus Terræ Sanctæ.

Committitur diſpoſitioni Reuerendiſs. P. Commiſſarij Gen.

Sacræ Theologiæ Studia in ordine ad Iubilationem deſtinata, iuxtà Conſtitutiones Apoſtolicas Clementis VIII. & S. D. N. Vrbani VIII. & Lectores Generales.

In Conuentu S.Mariæ de Aracæli Romæ Lectores.

Pater Fr. Carolus à Genua.
P.Fr. Coſmas de Panormo.
P.Fr.Hieronymus à Velitris.

In

In Conuentu S. Mariæ Nouæ Neapolis.

P.Fr. Michael Angelus à Neapoli.
P.Fr. Sebaſtianus à Neapoli.
P.Fr. Fulgentius Miglioruccius.

In Conuentu S. Franciſci de Monte Peruſiæ.

P.Fr. Euangeliſta de Burgo Sancti Sepulchri.
P.Fr. Angelus à Foro Liuij.
P.F. Angelus Bellacappa.

In Conuentu Omnium Sanctorum Florentiæ.

P Fr. Antonius Franciſcus ab Emporio.
P Fr. Ioannes Baptiſta ab Vzzano.
P.Fr. Didacus à Virguletta.

In Conuentu Sanctiſſimæ Annuntiatæ Bononiæ.

P.Fr. Thomas ab Arimino.
P.Fr. Aegidius à Verona.
P.Fr. Aegidius de Panhormo.

In Conuentu Sancti Franciſci Paduæ.

P.Fr. Innocentius à Verona.
P.Fr. Leonorus à Lunigo.
P.Fr. Ioannes Baptiſta à Sancto Geruaſio.

In Conuentu Sanctiſſimæ Annuntiatæ Ge[illegible]
P.Fr. Angelus Franciſcus à Genua.
P.Fr. Franciſcus à Diano.
P.Fr. Seraphinus à Genua.

In Conuentu S. Mariæ Angelorum Mediolani.

P.Fr.Franciſcus Hybernus.
P.Fr.Pacificus Perro.
P.Fr.Fulgentius Stella.

In Conuentu S. Mariæ Angelorum Panhormi.

P.Fr.Angelus à Capitio.
P.Fr. Seraphinus à Panhormo.
P.Fr.Gregorius à Cetara.

In Conuentu S. Bernardini Aquilæ.

P.Fr.Ioannes à Palumbaria.
P.Fr.Gulielmus à Nola.
P.Fr.Lucas à Teramo.

In Conuentu S. Hieronymi Viennæ.

P.Fr.Daniel Brouder.
P.Fr.Iacobus Geraldinus.
P.Fr.

In Conuentu S. Bernardini Ciuitatis Cracouiæ.

P.Fr.Stanislaus Ianècius.
P.Fr.Chriſtophorus Strzala.

Cætera Studia, & Lectores deputabuntur à Reuerendiſsimo P. Commiſſario Generali.

Alia Studia Sacræ Theologiæ, & Lectores Generales deputantur.

In Conuentu S.Franciſci Lucæ.

Pater Fr.Nicolaus à Bolognàna.
P.Fr.Gregorius ab Aeſio.
P.Fr.Bernardinus de Vzzano.

In Conuentu S.Didaci Neapolis.

P.Fr.Franciſcus à Montorio.
P.Fr.Gregorius de Iſchia.
P.Fr.Ludouicus à Sancta Maria.

In Conuentu S.Franciſci Anconæ.

P.Fr.Bonauentura à Monteſortino.
P.Fr. Michael Angelus à Bugliaſco.

In Conuentu S.Mariæ Nouæ Fani.

P.Fr.Ioſeph de Matèlica.
P.Fr.Bonauentura à Morro Vallium.

In Conuentu S.Franciſci Mantuæ.

P.Fr.Bonagratia à Mediòlano.
P.Fr.Didacus à Caſtelluccio.
P.Fr.Bonauentura de Cerano.

In Couentu S.Mariæ Ieſù de Meſſana.

P.Fr.Carolus Maria de Panhormo.
P.Fr.Ambroſius de Panhormo.

In Conuentu S. Mariæ de Ieſu Motucæ.

P.Fr.Ludouicus ab Inſpice Fundi.
P.Fr.

In Conuentu S.Antonij Licij.

P.Fr.Hyacinthus de Bitònto.
P.Fr.Ioannes Maria à Typhærno.

In Conuentu S.Ioſeph Brixiæ.

P.Fr.Laùrus de Alfianello.
P.Fr.Michael Angelus à Monte Claro.

In Conuentu S.Franciſci Coſentiæ.

P.Fr.Antonius de Morano.
P.Fr.Antònius à Monte Coruino.

In Conuentu S.Mariæ Foggiæ.

P.Fr.Bartholomæus de Barrea.
P.Fr.

In Conuentu S.Thomæ Taurini.

P.Fr.Thomas de Roccauione.
P.Fr.

In Conuentu Paradiſi Viterbij.

P.Fr.Caliſtus de Luca.
P.Fr.Vincentius de Baſchio,

In Conuentu S.Spiritus Ferrariæ.

P.Fr.Benedictus à Chiarèlla.
P.Fr.Franciſcus à Luca.

In Conuentu S.Mariæ de Vrſoleo.

P.Fr.Franciſcus de Turtis.
P.Fr.Antonius de Piſticcio.

In Conuentu S.Mariæ de Ieſu Montis Leonis.

P.Fr.Thomas de Gimiliano.
P.Fr.Marcus de Turano.

In Conuentu Tyrnauiæ.

P.Fr. Angelus de Sirolo.
P.Fr.Emericus Iſach.

In Conuentu S.Bernardini Alexandriæ.

P.Fr.Ioannes de Pupillo.
P.Fr.Bernardinus à Prato.

Ordinationes factæ in Congregatione Generali.

PRimò, prohibetur Miniſtris Prouincialibus, & Superiobus localibus, ſub pœna priuationis ſuorum Officiorum, nè vltrà triduum, Fratres aliarum Prouinciarum apud ſe retinere audeant, niſi, ad id, ſpecialem facultatem oſtenderint.

Secundò, nullus poſthàc, ad Studia aliarum Prouinciarum

rum mittatur, niſi ad requiſitionem Definitorij ſuæ Prouinciæ, quæ teneatur, ſeruatis ſeruandis, eorum indigentijs neceſſaria ſuppeditare.

Tertiò, Reuocatur ſtatutum, quo cauetur, nè Prædicatores extrà ſuas Prouincias, ad concionandum mittantur, neuè laicorum, vel Ordinariorum fauoribus, Pulpitos ſibi procurare audeant: ſed quid de illis Superiores diſponant, humiliter attendant.

Quartò, Breue S.D.N. VRBANI VIII. nuper emanatum pro reſtituendo cādore in Ordine, vbiq. inuiolabiliter obſeruetur, & obſeruari procurēt Superiores, ſub pœna arbitraria.

Quintò, prohibetur nè Commiſſarij, qui ad viſitandas Prouincias Regni Poloniæ, ſicut, nec ij, quos ſecùm à ſecretis duxerint, vel in ſocios, impoſterum mittentur, ad Prouincialatum, Cuſtodiatum, ſeu ad aliquam aliam earum Prouinciarum dignitatem promoueri valeant.

Sextò, Studia generalia in ordine ad Iubilationem, in quibus qui iubilare voluerit, ſaltèm per tres Annos continuos ſacram Theologiam legere debebit, deputantur:

Conuentus:
- S. Mariæ de Aracæli Romæ.
- S. Franciſci Montis Peruſiæ.
- S. Mariæ Nouæ Neapolis.
- Omnium Sanctorum Florentiæ.
- Sanctiſsimæ Annunciatæ Bononiæ.
- Sanctiſsimæ Annunciatæ Genuæ.
- S. Mariæ Angelorum Mediolani.
- S. Mariæ Angelorum Panhormi.
- S. Bernardini Aquilæ.
- S. Franciſci Paduæ.
- S. Hieronymi Viennæ.
- & S. Bernardini Cracòuiæ pro Polonia.

Ad hæc autèm, Studia nullus deinceps Lectorum promouetur,

uetur, niſi alibi per ſexennium ſacram Theologiam legerit in Studijs Generalibus, & Prouincialibus.

Tres dumtàxat Lectores Theologi in huiuſmodi Studijs pro Iubilatione deſtinatis, ponantur, quorum vnus primum, alius ſecundum, & tertium: Tertius verò Quartum Sententiarum, iuxtà Generalem Conſt. à fel.me. Clem.VIII. confirmatam, legat.

Ille verò qui Quartum Sententiarum exponendum aſſumpſerit, ſemel in hębdomada lect. Caſuum Conſcientię habebit, ad quam omnes Fratres Conuentus conuenire teneantur.

Lectores, qui per ſex Annos ſine interpellatione, vel octo cum interpellatione ſacram Theologiam legerint, vltra id, quod per ſtatuta generalia ipſis conceditur connumerentur inter eos, qui Definitoriatus Officio functi ſunt.

Septimò, ſancitur quod Secretarij P. Procuratoris, & Commiſſarij Curiæ Romanæ præcedant Secretarios Prouinciales, etiam in hoc Conuentu Aracælitano.

Ad executionem (ſi quæ contigerit) Bullæ de Apoſtatis, & Eiectis, deputantur Adm.RR.PP.Fabius Papazzonius, Ioànnes de Roma, Stephanus de Bettona, Hieronymus à Celento, Euangeliſta à Momigno, & P. Antonius Montagna Prouinciæ Terræ Laboris Miniſter.

Pro Reformatis deputantur.

Adm. RR. PP. Procurator Reformatorum pro tempore; Ioannes Andreas de Genua, Aſcanius de Aſſiſio, Michal Angelus à Sambuca, Nicolaus à Spinatiola, & P. Miniſter Prouinciæ Reformatæ Romæ pro tempore.

Prouinciæ Auſtriæ, S.Saluatoris, Vngariæ, & Tyrolis eàdem præcedentia inter Prouincias Obſeruantiæ gaudeant, quam, antequam titulo Reformatorum potirentur, habebant.

Suppli-

Supplicatum fuit Sanctiſs. D. N. Vrbano VIII. per Definitorium Generale.

PRimò, quòd electiones omnes à Prouinciarum Definitorio fiendæ, Guardianorum videlicet, Prominiſtrorum, Cuſtodum, & aliorum, poſthàc non fiant, niſi per vota ſecreta, & per ballocitationes. Ea tamèn lege, vt in æqualitate votorum, Præſidens, ſiuè Miniſter, pro parte ſibi beneuiſa, votum deciſiuum habeat, & hoc tùm pro Obſeruantibus, tùm pro Reformatis.

Secundò, quod impreſsis Statutis Generalibus iàm compilatis, & à PP. Deputatis reuidendis, & approbandis nullæ aliæ deinceps Conſtitutiones Generales, fiant in hac Ciſmontana Familia, ſed illæ ſemper obſeruentur.

Tertiò, quòd Fratribus de Familia non concedatur tranſitus ad Reformationem, niſi in Capitulo, vel Congregatione Prouinciali, & cum conſenſu vtriuſque Miniſtri, vel Superioris Generalis. Cum ijs verò, qui ex Reformatione ad Familiam tranſire voluerint, attendatur Breue fel.mem. Clementis Octaui, Pauli Quinti, & Vrbani Octaui.

Quartò, quod concedatur Confeſsarijs S. Mariæ Angelorum apùd Aſſiſium, in fæſto Portiunculæ, facultas Pœnitentiariorum Romæ.

Quibus omnibus Sanctiſs.D.N.Vrbanus VIII. libenter annuit, & ita obſeruari mandauit ab omnibus, & vniuerſis Patribus, & Fratribus huius Ciſmontanæ Familiæ Obſeruantibus, & Reformatis reſpectiuè.

Ita eſt:

Fr. Benignus à Genua, Commiſſarius Generalis.
Fr. Fabius Papazzònius, Comiſſarius Generalis Curię.
Fr. Ludouicus de Monte Gabione, Procurator Generalis Reformatorum.
Fr. Io. Andreas de Genua, Definitor Generalis.
Fr. Ioannes de Roma, Definitor Generalis.
Fr. Bonauentura de Aquauiua, Definitor Generalis.
Fr. Stephanus de Bettona, Lector Iubilatus, Definitor Generalis.
Fr. Michael Angelus de Sãbuca, Definitor Generalis.
Fr. Paulus de Tauris, Definitor Generalis.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

STA-

STATVTA, CONSTITVTIONES, ET DECRETA GENERALIA FAMILIAE CISMONTANAE ORDINIS S. FRANCISCI DE OBSERVANTIA.

Ex omnibus eiuſdem Ordinis Conſtitutionibus, & Statutis collecta, & reſtituta, iuxtà ſancitum in Capitulo Generali proximo præterito Romano Anni 1639.

Et in Generali Congregatione Romana Anni 1642. approbata, & confirmata.

Cap. I. *REGVLA, & Vita Fratrum Minorum hæc eſt, ſcilicet, Domini noſtri Ieſù Chriſti ſanctum Euangelium obſeruare, viuendo in obedientia, ſine proprio, & in caſtitate.*

Frater Franciſcus promittit obedientiam, & reuerentiam D. Papæ Honorio, ac Succeſſoribus eius canonicè intrantibus, & Eccleſiæ Romanæ, & alij Fratres teneantur Fratri Franciſco, & eius ſucceſſoribus obedire.

De obedientia, & reuerentia Sanctiſsimo Romano Pontifici, Prælatis Eccleſiæ, & Superioribus Ordinis debitis. §. I.

Salmant. c. 1. Tol. 1633.

Obediẽtia, Statuta initiũ.

1 SVMENTES initium ab obedientia, quæ debetur Sanctiſſimo Romano Pōtifici, decernimus, & ſancimus, quòd, ſi quis Fratrum, ore blaſphæmo, aut impudentèr, vel irreuerènter de perſona Summi Pontificis, vel ſumma eius dignitate, & maieſtate in terris ſuprema, vel de Apoſtolicis Conſtitutionibus, Decretis, aut ſanctionibus obloqui temerè auſerit, & de eo legitimè conſtiterit, ſemeſtris pœna carceris, aut alia grauiori, Superiorum arbitrio omninò puniatur.

De Summ. Pontifice obloquentium pœna.

Vallis let. 1593. Tol. 1933.

Et de Eminentiſs. Eccleſiæ Cardinalibus. Add.

2 Quique verò de Eminentiſsimis S. R. E. Cardinalibus, aut de eorum dignitate, & perſona, in genere, vel in ſpecie, & præſertim de Eminentiſs. D. Ordinis Protectore temerè ora laxauerit, trimeſtri carceri mãcipetur, vel grauiùs etiam, pro qualitate delicti puniatur, ad Superiorum arbitrium.

Valliſolet. 1593.

Et de Epiſcopis, ac Prælatis.

3 Qui de Epiſcopis, & alijs Eccleſiarum Prælatis oblocutus fuerit, ità vt populo ſcandalo ſit, Superioris arbitriò grauiter puniatur.

Salmant. c. 12.

Pœna inobediẽtium Generalibus.

4 Qui Miniſtro, Vicario, aut Commiſſario Generalibus non obedierit, trimeſtris carceris pœna, vel grauius, pro eorum arbitrio puniatur.

Vall ſolet. 1593.

Ac rebellium.

5 Qui eiſdem rebellauerit, aut iniuirioſis, vel irreuerentibus verbis aliquem ipſorum publicè affecerit, ſuffragiorum iure ſexennio careat, ac ſemeſtris carceris pœna, vel grauiori, pro delicti qualitate, puniatur.

Rom. 1575 Valliſ let. 1593.

Prouinciali iniurius, eſt puniendus.

6 Qui in Miniſtrum Prouincialem, vel Commiſſarium crimina eiuſmodi admiſerit, & carceris pœna, &

ſuffra-

ſuffragiorum priuatione puniatur Generalis arbitrio.

Ex eiſdẽ. 7 Qui verò in Guardianum, vel Vicarium, aut quempiam grauiorem Patrem deliquerit, vt ſupra puniatur arbitrio Prouincialis, ſecundùm qualitatem delicti. **Vt Guardiano ac Vicario.**

Valliſolet. 1593. 8 Qui autem pœnitentiam, per locorum ſuperiores ſibi impoſitam agere renuerit, de Diſcretorum conſilio, & aſſenſu, etiam trina monitione non præmiſſa, carceri mancipetur, prout opportunius videbitur. **Pœnitentiæ ſatisfacere renuens, quomodo puniendus.**

Infra de pœnis. 9 Qui Commiſſarijs Viſitatoribus rebellauerit, pœna rebellantibus impoſita puniatur. **Rebellis Viſitatori qua pœna mulctandus.**

De ſæcularibus, ad probationis habitum admittendis. §. 2.

Cap. 2. *SI qui voluerint hanc vitam accipere, & venerint ad Fratres noſtros, mittant eos ad ſuos Miniſtros Prouinciales: quibus ſolùmmodo, & non alijs recipiendi Fratres licentia concedatur. Miniſtri verò diligenter examinent eos de Fide Catholica, & de Eccleſiaſticis Sacramentis. Et ſi hæc omnia credant &c.*

Salm. c. 2. Valliſolet. 1565. De mandato Pij IV. Trid. ſeſſ. 25. de Regul. c. Neap. c. 18 Tolet. 1633. 1 QVi in Religionem noſtram recipi voluerint, examinentur, an ſint fideles, catholici, de nullo errore ſuſpecti, legitimè nati, debitis expediti, conditione liberi, ætatis ad minus ſexti decimi anni completi, nulla vulgari infamia notati, competenter literati, (ſi pro Clericis recipiendi ſunt) quiquè ſaltèm perfectè linguam latinam intelligant. Nec ad probationis habitum admittantur, niſi Confirmationis Sacramento antea muniti ſint. **Cõditiones recipiendorum ad habitum.**

Sixt. V. Cũ de omnibus. Cũ moder. Greg. XIII 2 Hæc diligentia, ſiuè inquiſitio in Generalibus, vel Prouincialibus Capitulis, per Prouinciales Miniſtros, & Definitores omninò fieri debet. Vel, ab eodem Miniſtro Prouinciali, & Definitorio ſi extra Capitulum **Quomodo, & à quibus inquirẽdę.**

Rom.1612. — Addit.

pitulum, vel Congregationem intrà annum Nouitios recipi contingat, iuxtà Sanctiſsimi D.N. Vrbani VIII. conceſsionem.]

Clem.VII. Paulus III Greg.XIII — Qui ad Religionē inhabiles.

3 Nullus etiam, qui ab Hæbreis, vel Mauris, aut Hæreticis (quorum corpora, vel ſtatuæ combuſta ſunt) deſcendat, vel originem trahat, ad Religionem vſque ad quartum gradum recipi poſsit.

Salmant. c.11. Vallisolet. 1593. Vltramon. c.1. — Alterius Ordinis, quomodo non recipiendi.

4 Cauendum eſt etiam, nè quiſquam alterius Ordinis, aut Religionis profeſsus, vllatènus recipiatur, niſi expreſso Miniſtri, aut Commiſſarij Generalis conſenſu: nè fortè Apoſtolicis indultis, alijs Religionibus conceſsis, contraueniatur.

Vallisolet. 1593. — Licentia delegata ad recipiendum ad habitū, ſit ſcripta.

5 Quia verò Superioribus locorum, vt plurimum facultas datur, vt ſæculares antea probatos ad habitum probationis recipiant, & poſteà ad profeſſionem admittant, mandatur, vt hæc ſemper ſcripto detur, in qua illa omnia, de iure neceſſaria explicentur.

Vallisolet. 1565. & 1593. — Superiores locales, vt inuigilare ſuper hoc debent.

6 Superiores verò locorum, antequam eos ad habitum recipiant, cum diſcretis localibus iterum diligenter examinent. Et ſi quid ex neceſſariò requiſitis eiſdem deeſſe repererint, illis habitum denegare poſsint, & debeant, Prouinciali antea admonito. Si verò idoneos inuenerint, ad probationis habitum recipiant.

Ibidem. — Proteſtatio Nouitijs facienda.

7 Quibus tamen antea ſemper proteſtentur, quòd ſi aliqua ex dictis conditionibus ſibi defuerit, aut inhabiles extiterint, ſtatim expellentur, & ad profeſsionem nullatènus admittentur. Quæ proteſtatio, in librum, ad hunc vſum deputatum referatur, cui locorū Superiores, & Diſcreti, vna cum ipſis propria manu ſubſcribant.

Salmant. c.2. — Qui infirmi ad habitum inhabiles.

8 Singulis præterea proteſtentur, quòd ſi lepra, morbo gallico, aut alia contagioſa infirmitate laborauerint, & antè receptionem, illud ipſum cælauerint, eorum receptio, & profeſſio nulla cenſeatur.

Vallisolet. 1593. — Malè recipientium pœnę.

9 Qui verò aliter quemquam receperit, aut ad profeſſionem admiſerit, præter pœnas in Conſtitutionibus Apoſtolicis ſancitas, officio priuatus, omni ſuffragiorum iure perpetuò careat.

Ibidem, & Neapolit. 1590. — Nouitio nomen alicuius Sācti imponendum.

10 Die, quo quis Religionis habitum ſuſceperit, alicuius Sancti nomen illi imponatur, vt eius (ſtudio pietatis excitatus) virtutes imitetur.

11 Ne-

Ibidem. 11 Nemo verò alibi, quam in Eccleſia coram Altari, vbi Sanctiſsimum Chriſti Corpus aſſeruatur, aut ad habitum, vel ad profeſsionem admittatur, niſi ob cauſam Generali, aut Prouinciali anteà probatam. *In Eccleſia habitus cōcedatur.*

Clem. IV. Volentibus veſtro 12 Qui Religionis habitum ſuſceperint, à Prælatis, vel eorum vices gerentibus ab omnibus cenſuris, & pœnis Eccleſiaſticis abſolui, & in Irregularitatibus diſpenſari, authoritate Apoſtolica poſsint, & valeant. *Plenaria Nouitiorū abſolutio.*

Sixtus V. Cum de omnibus. Valliſolet. 1593. 13 De tempore, & loco, à quo item quis Religionis habitum ſuſceperit, memoria fiat in libro, ad vſum huiuſcemodi inſtituto, & in Archiuio Conuentus aſſeruetur. Nomine, Cognomine, Patria, & Ætate, Nouitij adnotatis; adhibita ſubſcriptione Superioris localis, ſuſcipientis habitum, dummodò ſcribere ſciat, & antiquioris Diſcreti. De his omnibus teſtimonium per literas ad Prouincialem quàmprimùm tranſmittatur, vt eius iuſſu referantur in librum ſimilem in Prouinciali Archiuio aſſeruandum. *Ibidem.* *Nouitiorū nomē, dies, tempus, locus, &c deſcribatur.*

Vltramon. c. 1. Valliſolet. 1593. 14 Et nè Religio grauetur, decernimus, vt ſingulis quibuſque quatuor menſibus, Nouitij Fratribus Capitulariter congregatis exponantur. *Nouitij quoties ſcrutinio committendi.*

Ibidem. 15 Qui prima, & ſecunda vice, quid ſinguli de Nouitijs ſentiant, palàm, pro eorum conſcientia, pronuncient. Tertia verò vice, per ſecretum ſcrutinium, ſiuè per ballottationem ſuffragia ferant. *Quot ſuffragia ſint neceſſaria ad profeſsionem.*

Ibidem. 16 Et ſi prima vice tres ex quatuor partibus, ſecunda verò duas ex tribus non tulerint, abſque recurſu, & mora religionis habitu priuentur. Tertia verò vice ſi ſuffragiorum tertia pars Nouitio defuerit, ad profeſſionem non admittatur, ſed receptio illius ſuſpenſa ſit; & tamdiu differatur, quòad Prouincialis admonitus, quid ſentiat agendum, penſata ſuffragiorum qualitate, prout iura diſponunt, declarauerit. Quòd ſi maior pars eidem ſuffragata non fuerit, ſine alia declaratione expellatur. *Salmant. c. 2. Segonien. c. 1. §. 12. Trid. ſeſſ. 25. c. 15. Reg. 1. 2.*

Trid. ſeſſ. 25. c. 16. Salm. c. 2. Valliſolet. 1593. 17 Nemini autèm liceat quidquam à Nouitijs accipere, qui ſecus fecerit, præter pœnas canonicas, Prælatus officio priuetur, & alij Fratres, vt proprietarij puniantur. *A Nouitijs accipere, nefas.*

18 Si

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

18 Si verò ante, vel poſt receptionem habitus, Nouitij, pro eorum pietate, aliquid Fratribus, vel Conuentibus legare, aut donare voluerint, id antè profeſſionem emiſſam, nullatènus recipiatur, cum, ex ſacr. Trid. Synodo, quælibet diſpoſitio antea facta, nulla ſit, niſi infra duos menſes proximos antè profeſſionem fiat. Profeſsione iàm emiſſa, Procuratoribus Apoſtolicis liceat, de rebus legatis, aut donatis in vtilitates Fratrum, vel Conuentuum, diſponere, Superiorum iudicio.

Ibidem.

Donata ab ipſis quomodo recipi poſſint.

De ijs, qui pro Laicis recipiendi ſunt.
§. 3.

Salm. c. 1. Vall ſolet. 1693.

1 Omnia, & ſingula, quæ præſcripta ſunt pro receptione Clericorum (præter linguam latinam) ſeruentur cum ijs, qui pro laicis recipiuntur.

Laici qua lege recipiendi.

2 Nullus tamen pro Laico citrà vigeſimum, nec vltrà trigeſimum annũ omninò recipiatur, & qui non ſit aptus ad labores vtiles, & honeſtos huic inſtituto accommòdatos: niſi eſſet nobilis perſona, adeò vt eius receptio magnæ ædificationis foret. Qui aliter quempiam receperit, pœnis contrà malè recipientes, & receptos ſancitis, ſubiaceat.

Cle. VIII. in Inſtit. Nouitio.

Aetas neceſſaria pro Laicu.

3 Poſt profeſſionem emiſſam, de Laicatu ad Clericatum cuiquam aſcendere, non liceat, niſi de Generalis Capituli, aut Miniſtri itèm Generalis licentia, tùncque iudicio Patrum probetur idoneus.

Barcinon. 1573. Salmant. c. 2. Rom. 1615

Laicus quomodo tranſire poſsit ad Clericatum. Addit.

4 Promotus aùtem, non à die habitus, ſed à die Clericatus, locum inter Clericos habeat, & officia, ac dignitates Religionis obtinere non poſſit.

Salmant. 1618. Rom. 1639

Eius antianitas vnde ſumenda.

5 Si autem quiſpiam Laicus intrà, vel extrà Ordinem, ſine legitima facultate, ad Clericatum, ſeù Sacerdotium promotus fuerit, omni Clericali, & Sacerdotali honore priuetur; neque canonicum officium perſoluere permittatur, ſed Laicale recitare teneatur, & ad

Ibid. & in comp. priuil. V. Laici Fratres, vbi Leo X,

Laici illegitimè promoti pœnę.

Lai-

192

Cap. gen. Rom. 1625

Laicalem ſtatum reducatur. [ac per biennium, ſine capucio ad coquinam deputetur. — Add.

Rom. 1612 Tit. de Nouit.

6 Nullus verò Tertiarius ad habitum noſtræ Religionis Clericalem, aut Laicalem admittatur, ſub pœna priuationis officij Superioribus infligenda. — Add. Tertiarij ad habitum nō recipiantur.

Tol. 1606. Rom. 1612 Cap. gen. Rom. 1625

7 Et qui pro Tertiarijs recipiuntur, capucium, vel plenum, vel ſemiplenum deferre non permittantur, ſub priuatione officij Guardianis. Nec recipiantur niſi viginti annorum ſaltem fuerint. Habitus autem eorum à terra ſuperèmineatq; palmo cum dimidio, & calceamentis vtantur. — Add. Tertiarum habitus, & ætas.

De Conuèntibus, ad educandos Nouitios eligendis. §. 4.

1 LOca Nouitiorum in qualibet Prouincia ſint tantummodò ea, quæ in vltima conceſſione recipiendi Nouitios, per Breue Sanctiſs. D. N. Vrbani VIII. aſsignantur, in quibus Magiſtri Nouitiorum vnàcum eis commorentur, vt eorum inſtitutioni commòdius conſulatur. — Loca pro educādis Nouitijs.

Cle. VIII. in Inſt. Nouit. Vltramōt. c. 1. Vallisolet. 1593.

2 Ad locum Nouitiatus nemini, non tantùm ſæcularium, verùm etiam noſtri, aut alterius Ordinis religioſis, etiam proprij Conuentus, vllo vnquam tempore, ſub quouis prætextu aditus pateat, præterquàm Magiſtro, eiuſque ſocio, ac Conuentus Superiori, ſi quandoquè ingrediendum ſibi, neceſſariò exiſtimauerit. Quo tamen caſu, aliquem ex ſenioribus Patribus Conuentus, ſocium ſemper aſſumat. Guardianus in his negligens, aut culpabilis repertus, Prouincialis arbitrio; ipſe verò Prouincialis, ſi deliquerit, Generalis arbitrio pœnas luat. — In Nouitiatum non admittatur extraneus. — Nec Superior, niſi aſſociatus.

Cle. VIII in ſucra. Salm. c. 2. Vallisolet. 1593.

3 Statuitur etiam, vt Nouitij profeſſorum, nec Profeſſi Nouitiorum cellas, quouis prætextu ingrediantur. Contrafacienti Nouitio, pro prima vice, diſciplinæ flagella, coram Fratribus Capitulariter congregatis im- — Nouitij in aliorum cellas non ingrediantur.

po-

ponantur per totum Pſalmum: *Miſerere mei Deus*, cum ieiunio in pane, & aqua humi flexis genibus, & acritèr à Guardiano moneatur: pro ſecunda vice, ab ordine expellatur.

Valliſolet. 1593. 4 Eandem pœnam ſubeat profeſſus qui ad Nouitij cellam ingreſſus fuerit, aut Nouitium in ſuam ingredi permiſerit, & hoc pro prima vice *Nec alij in Nouitiorũ.*

Secunda, ſtatim per Guardianum ad Prouincialis præſentiam mittatur, qui alium illi locum aſſignet, & omni ſuffragiorum iure priuatum declaret, quòd ſi exequi neglexerit, Generalis arbitrio grauiter puniatur.

Salmant. c. 2. Valliſolet. 1593. Cle. VIII. ſupra. 5 Nouitij extra Conuentum, niſi publicæ Proceſſionis gratia, aut ad defunctorum corpora ſepulturæ tradenda, aut alia publica, vrgentiuè de cauſa nunquam egredi, aut mitti poſſint. Nec illis ipſis publicis de cauſis, niſi ipſorum Magiſter ſemper adſit, illoſque aſſociet. *Nouitij extra Conuentum quãdo mitti poſſint.*

Valliſolet. 1593. 6 Si autem vrgens neceſſitas coegerit vt ad petendum eleemoſynam, Nouitios quandoquè extrà Conuentum mitti oporteat, non niſi cum religioſis ætate, & moribus grauibus, et vita probatis mittantur. Nec vnquam ad partes tam remotas, vt eadem die ad Conuentum reuerti non poſſint. Superior autem localis qui contrafecerit, officio omninò priuetur; et Prouincialis id negligens ſuſpendatur officio, et grauius cum

Vall ſolet. 1593. eo agatur, Generalis arbitratu. Si verò ex vrgenti cauſa, Nouitium ad alium Nouitiatum Prouincialis iuſſu transferri contigerit, à probato, grauique religioſo aſſocietur, receptis anteà ſuffragijs. ac Prouinciali, et Guardiano loci nunciatis. *Nouitius vt in alium Nouitiatum mitti poſſit.*

Salmant. c. 2. Valliſolet. 1593. Cle. VIII. ſupra. 7 Cum ſæcularibus quibuſuis, etiam parentibus, ac item cum Religioſis cuiuſuis Ordinis nemini Nouitiorum omninò loqui liceat, niſi neceſſariam ob cauſam, Guardiano, et Magiſtro probatam, et coram eiſdem, aut eorum altero. Quòd ſi Nouitius in hoc deliquerit, et admonitus idipſum commiſerit habitu exui poſſit, ſi Prouinciali expedire videbitur, alioquin grauiter eiuſdem arbitrio puniatur. *Nouitijs cũ exteris loqui vetitũ.*

Salm. c. 2. Cle. VIII. ſupra. 8 Nemini Nouitiorum permittatur ſtudijs operâ nauare, ſed Diuinum officium, Regulam, et alia eorum *Nouitij literis non vacent.*

rum

rum ſtatui conuenientia, diligenter addiſcant, & ſanctæ orationis, ac deuotionis ſtudio præcipuè ſtatis horis incumbant.

Salm. c.2. 9 Nec ad Ordines, etiam minores, nec ad peccatorum confeſsiones audiendas (ſi Sacerdotes fuerint) vllatenus admittantur. **Ad Ordines non mittantur.**

Vallisolet. 1593. 10 Caueant Superiores, & ſubditi omnes, nè Nouitium aliquem, quouis prætextu impedire præſumãt, quò minus ad aliam Religionem, quam maluerit, tranſeat; vel etiam ad ſæculum reuertatur. Neque præterea quempiam quouis modo inducant, quò minus profeſsio liberè, & non coactè emittatur. Qui contrafecerit, Superior officio priuetur; ſubditi verò ſuffragiorum iure careant Prælatorum arbitrio. **Nouitiorũ voluntas nõ violentanda.**

Eugen. IV. 1434. in Bull. Rod. fol. 83. 11 Qui verò quòquo modo voluntatem Nouitij impedierit, quò minus profeſſionem emittat, Anathema ſit. **Nouitiorũ profeſsionẽ impediens, excommunicatus.**

Ad inſtar Cõc. Trid. ſeſſ. 25. c. 18. de Reg.

De Nouitiorum Magiſtris.

§. 5.

Salm. c.2. Vallisolet. 1565. Neap. c.18 Cle. VIII. de Nouit. educ. 1 Eligantur Magiſtri Nouitiorũ in ſingulis Prouincialibus Capitulis pro vnoquoque Nouitiatu, ad minus per triennium cum conſilio, & conſenſu vnanimi Patrum Definitorij. Deficientibus autem, extra tempus capitulare, per Definitorium alij ſimiles ſubrogentur. **Nouitiorũ Magiſtri à quibus inſtituendi.**

Cle. VIII. ſupra. Neap. c.18 2 Qui Magiſtri, ſint ætatis quadraginta annorum, aut amplius, vel ſaltem triginta quinque annos omninò excedant. Qui præterea Guardianatus officio triennio ſaltem laudabiliter functi ſint, & humanioribus literis docendis, & cantus Eccleſiaſtici ſcientia prædiri, nec non graues, prudentes, atque diſcreti. **Eorum ætas, & qualitates.**

Ibidem. 3 Quorum munus erit, Nouitios in viam mandatorum Dei dirigere, doctrinam Chriſtianam, Regulæ præcepta, & declarationes Nicolai III. & Clementis V. & omnia, quæ ad regularis diſciplinæ cognitionem neceſſaria ſunt, accuratè docere. Sæpè eos purè confiteri, & ſacram Communionem deuotè ſumere. Ad ſeruandam **Munus.**

uandam cordis, & corporis puritatem, verbo, & exemplo inducere, eiſque in omnibus exercitijs diligenter, & aſſiduè ſemper aſsiſtere.

Ibidem. 4 Nec domo egrediantur, niſi vrgēti de cauſa, & publica neceſsitate: neque occupentur in aliquo miniſterio, vel ſeruitio, quod eorum muneri impedimento eſſe poſſit. Imò Superiores omnem fauorem, & patrocinium illis impendant, ac in omnibus ſemper aſſiſtant. Domi ſe contineant.

Salmant. c. 2. Valliſolet. 1593. 5 Qui curam, & magiſterium Nouitiorum ſine legitima cauſa, Definitorio probata, pertinaciter recuſauerit, ad omnia officia Religionis ſexennio inhabilis exiſtat, & ſuffragiorum iure careat. Puniendus, qui hoc officium recuſat.

Vallisolet. 1593. Tol. 1606. & 1633. 6 Qui verò libenter illud ſubierit, & triennio ſaltem laudabiliter geſſerit, ad omnes gradus Religionis promoueri poſsit. [Si autem continuo ſexennio, Definitorum Prouincialium priuilegijs gaudeat. Honorādus qui acceptat, & benè adimplet. Add.

De Nouitijs ad Profeſsionem admittendis. §. 6.

Cap. 2. *FInito verò anno probationis, recipiantur ad obedientiam, promittentes vitam iſtam ſemper, & Regulam obſeruare, &c.*

Vltram. c. 1. Salmant. c. 2. 1 PRo Nouitio ad profeſsionem admittendo, in eo Conuentu, in quo probationis tempore commoratus eſt, ferantur ſuffragia tacita, vt ſinguli Fratres, nullo affectu, vel reſpectu, moti, vel impediti, ſuæ conſcientiæ liberè ſatisfacere poſſint, modo, & forma ſupradictis: itā vt ſi duas ex tribus partibus ſuffragiorum, Fratrum ibidem de Familia commorantium, tulerit, de Generalis, vel Prouincialis ſcripta licentia, ad profeſsionem admitti poterit. [Suffragari autem non poſſit, qui per duos ſaltem menſes ibidem de familia commoratus non fuerit. Vota pro Nouitiorū profeſsione qualiter accipienda. Add.

Salmant. c. 2. 2 Nouitij verò antequam profeſsionem emittant, omninò expropriari debent, ſcientes quod ſi teſtari velint, Nouitij ante profeſſionem expropriētur.

ſint, nihil pro ſeipſis reſeruare poterunt, cum hoc Regulæ puritati repugnet.

Clem. ex in nos autem. Vallisolet. 1593.

Ab illis ne vel minimû petatur.

3 Caueāt autem omninò Superiores, & ſubditi quicunquè, nè quouis prætextu, Nouitium quempiam inducant, vt eis, vel priuatò, vel communi Conuentus nomine, aliquid in teſtamento relinquat. Contrafacientes tanquam proprietarij puniantur, & Superiores, officio priuentur.

Trid. Seſſ. 25. c. 15. de Reg. Vltram. c. 1. Valliſolet. 1593.

Nouitiatus annus integer, & continuus.

4 Annum Nouitiatus (qui completus eſſe debet, alias profeſsio nulla eſſet) ità continuum eſſe decernimus, vt ſi Nouitius quauis de cauſa, ſiuè cū habitu, ſiuè ſine illo exierit è Conuentu, & poſtea redierit, non computetur ei tempus, quo antea in probatione ſteterat, ſed denuò probationis annum incipiat. Quòd ſi etiam ſine rationabili cauſa exierit, ad Religionis habitum amplius admitti non poſſit.

Rom. 1612 tit. de Nouit.

Add. Semel expulſus, amplius non recipiatur.

5 [Sicuti qui à Religione ſemel expulſus eſt, is nec in illa, nec in alia Prouincia recipiatur.]

Vltram. c. 1. Valliſolet. 1593.

Superiores, primi non ſuffragētur.

6 Libertati profeſsionis prӕtereà proſpicientes, decernimus, vt neque Guardiani, neque Superiores, neque Magiſtri Nouitijs, ante alios ſuffragentur, aut refragentur; Neque, ante ſuffragiorum poſtulationem, Nouitium, aut laudent, aut vituperent, ſed ſinant, vt omnes, ſecundùm Deum, quid ſenſerint, liberè exequantur.

Ex ijſdem, & Trid. ſeſſ. 25. c. 18.

Impedientes libertatem in ſuffragando receptioni ad profeſsionē vt puniēdi.

7 Nec, ſub pœna excommunicationis, officiorum priuationis, & à iure ſuffragiorum per ſeptennium deſtitutionis, aliquis impedire, ſine iuſta cauſa audeat, vel Nouitiorum receptioni ſuffragari volentes, vel ipſos Nouitios quò minus liberè profiteantur.

Vltram. c. 1. Neap. c. 18 Valliſolet. 1593.

Profiteri volentium requiſita.

8 Nouitijs, præſertim Clericis profeſsionem emittere non liceat, niſi Doctrinæ Chriſtianæ rudimenta, Regulam, & Regulæ præcepta, æquipollentia, præcepti vim habentia, monitiones, & libertates Regulæ, ingredientium, & recipientium conditiones, coram Fratribus capitulariter congregatis memoriter antea recitauerint. Et pretereà, quòd rectè Diuinum Officium ordinare, ac illud per ſe recitare nouerint, Examinatores ad hoc ſpecialiter deputati (qui tres ſaltem eſſe debent) ſincerè ea omnia teſtabuntur in Domino.

Ibidem. 9 Laici verò qui legere neſciunt, ſaltèm Doctrinam Chriſtianam, & Regulæ præcepta omninò anteà recitent, alioquin ad profeſsionem nullatenus admittantur, ſed vſquequò prædicta addiſcant, profeſſio differatur; aliter admittentes, officio priuentur, & Magiſter negligens, ad omnia Religionis officia inhabilis exiſtat.

10 Et nihilominus ante, profeſsionem, Nouitijs, actionis grauitas proponatur, & ſacramentali Confeſſione expiati, diuina Communione reficiantur. *Profeſsionis grauitas Nouitijs inculcetur.*

Vltramon. c.1. Salm.c.2. Neapol. in formul. 11 Dici tandem, menſis, & anni, quibus facta eſt profeſsio; nominis item, & patriæ profitentis, & eum ad profeſſionem admittentis, memoria fiat in libro ad hunc vſum inſtituto, ſeruatis omnibus, quæ de receptione habitus ſuprà ordinata ſunt. *Profeſsionis tempus, & locus notentur.*

De Iuuenibus Profeſsis.
§. 7.

Ibidem. Vallisolet. 1593. Cle. VIII. pro educ. Nouit. 1 IVuenes Profeſsi, præſertim Clerici, quamdiù in Nouitiatu permanſerint, ſub eiuſdem Magiſtri Nouitiorum cura, & diſciplina ſint. *Iuuenum ſecundus Nouitiatus.*

2 Nec indè antè biennium, aliò transferantur; ſi autem, propter loci anguſtiam, cum Nouitijs morari non poſſint, transferantur ad alium ſecundum Nouitiatum, vbi vigeat eadem diſciplina ſub Magiſtro, & alijs obſeruantijs in primo Nouitiatu præſcriptis, vſquè ad biennium integrum.

Vallisolet. 1593. 3 Et quouſquè ad Sacerdotium aſcenderint, ſub idonei Magiſtri, in Capitulo, vel per Prouincialem electi, cura, omninò eſſe debeant; à quo cum diſciplina Nouitiorum, in timore Dei, in Regulæ obſeruatione, ac in Apoſtolicarum Conſtitutionum declaratione erudiantur. *Vſquè ad Sacerdotium durat.*

De

De Clericorum Seminario.

§. 8.

Trid. ſeſſ. 23. c. 18. Neap. c. 19 1 VT Religionis bono, & decori proſpiciatur, Seminarium vnum, vel alterum pro diuerſitate locorum, & temporum varietate in vnaquaque Prouincia erigendum decernimus, cuius numerus augeri poterit, prout cuiuſque Prouinciæ facultas tulerit, Definitorij arbitrio. *Seminaria erigenda.*

Ibidem. 2 In hoc verò, Clerici, qui rectè legere, & ſcribere norint; principiaquè linguæ latinæ ſciant, & quorum indoles, & voluntas ſpem afferat, eos Religioni vtilitati, & ſplendori eſſe futuros, collocentur. *Qui in ſeminario collocandi.*

Ibidem. 3 Quos amoueri indè prohibemus, niſi exacto triẽnio, aut ſi fortè ità demeruerint, vel euidens neceſſitas, aut vtilitas manifeſta coegerit. *Quando amoueri poſſint.*

4 Eis Magiſter morum aſſignetur, Sacerdos, qui ſit integritate vitæ, & grauitate morum probatus, ac docendis virtutibus maximè idoneus, communi Patrum conſenſu delectus, qui etiam ſit liberalibus diſciplinis (quo ad fieri poterit) ſufficienter imbutus, & Vicarius Conuentus. *Seminarij Magiſter, qualis.*

Ibidem. 5 Is, primùm quæ ſunt Chriſtianæ pietatis, & Religionis hos iuuenes doceat; deindè regulari diſciplina erudiat, & vitæ exemplo, ac aſſiduis cohortationibus inſtruat, vt in perfectionis curriculo, Deo auxiliante, proficiant. *Quæ, iuuenes docere debeat.*

Ibidem. 6 Sacras Scripturas, Homilias Sanctorum, Eccleſiaſtica annalia, Vitas Patrum, Decreta Maiorum noſtrorum, Summorum Pontificum ſuper Regulam explicationes legant.

Ibidem. 7 Singulis diebus Miſſæ Sacrificio interſint, atque inſeruiant; bis in hebdomada eorum Magiſtro confiteantur. Singulis Dominicis, & feſtis diebus ſolemnioribus deuotè communicent. Negligentes pro modo culpæ plectantur. *Iuuenes Seminarij Magiſtro confiteantur.*

Ibidem. 8 Poſtremò, Grammaticès, cantus eccleſiaſtici, orthographiæ, aliarumque bonarum artium diſciplinam ſtu- *Quibus diſciplinis incumbere.*

ſtudioſè diſcant. Et propterea Definitoria de idoneis Magiſtris prouidere curabunt.

Ibidem. 9 Triennio confecto, iuxtà ſingulorum ætatem, ac in ſpiritualis vitæ, & liberalium artium diſciplina profectum, ad altiora ſtudia promoueantur, qui communi Definitorum iudicio probati fuerint, vel etiam Prouinciæ ſeruitio partìm deputentur, partìm in Collegio amplius inſtruendi permaneant; alijque in eductorum locum ſufficiantur, ità vt Collegium eiuſmodi perpetua renouatione ſeruetur. Qua ratione ad altiora ſtudia promouendi.

Ibidem. 10 Cui gubernando, & moderando Guardianus præficiatur ætate, moribus, & vita probatiſſimus, prudentia inſignis, ac regimini, experimento idoneus; Et quem morum grauitas ſpectabilem reddat, qui mores iuuenum in diſciplina, & officio continere poſſit, & valeat. Seminarij Guardianus qualis.

Ibidem. 11 Vt autem iuuenes ſtudijs commodius vacare poſſint, ab oneribus extra Conuentum ſubeundis, præter quæſtam frumenti, & vini, vniuerſos eximimus. Iuuenes Seminarij à quibus exēpti.

Ibidem. 12 Qui tamen, præter Diuinum Officium die, noctuque in Eccleſia perſoluendum, & orationem vnius horæ ſpatio quotidiè fiendam, ſeptem quoque Pſalmos Pœnitentiales, ſingulis diebus, hora competenti, iuxtà laudabilem Religionis conſuetudinem, recitare teneantur. A Diuino Officio, & oratione mentali, & prædictis recitandis nemini abeſſe liceat, niſi neceſſitas, Superiori, & Magiſtro probata, coegerit; qui verò deliquerit, puniatur arbitrio Superioris. Diuino Officio, & orationi incūbant.

Ibidem. 13 Pro huiuſmodi autem Collegij, vel Seminarij inſtitutione, ac conſeruatione, & pro ſumptibus ad hanc iuuentutem alendam, neceſſarijs, in Capitulis, & Congregationibus, Prouinciales, cum Definitorij Patribus, vel per annuam contributionem ſingulorum Conuentuum, vel per applicationem eleemoſynarum, etiam particularibus donatarum, diligenter ſtudeant prouidere. Negligentes à Generali, eiuſque Viſitatoribus grauiter puniantur. Seminaria quomodo ſuſtentanda.

De

De Clericis ad Ordinationes mittendis. §. 9.

Neapol. c.10. Par:ſ. 1579. 1 CLerici ad Ordines promoueri non poſsint, niſi à Guardiano, & Diſcretis Conuentus de vita,& moribus probatis authenticum, & ſcriptum habeant teſtimonium in ſequenti forma. Ordinandi, de moribus antea probentur.

Nos infraſcripti Guardianus, & Diſcreti Conuentus N. fidem facimus, Fratrem N. Clericum Profeſſum, nobiſcum per ...... verſatum, religioſè vixiſſe, & Ordinem, ... deuotè, ac diligenter exercuiſſe, ita vt non indignus nobis videatur, qui ad ſacrum ...... Ordinem promoueri poſſit. In quorum teſtimonium nos manu noſtra ſubſcripſimus. Si nullis ſit initiatus, non ponatur...... *& Ordinem .... deuotè &c.*

2 Poſtea, per Examinatores Capitulares de doctrina, & idoneitate approbentur, quos Prouincialis Miniſter per ſe, aut per alios, iterum examinare teneatur. Poſteà, de literarũ ſufficientia.

Ibidem. 3 Propterea, in Prouincialibus Capitulis, per Definitoria, ſufficientes Examinatores inſtituantur, quorum quatuor, vel tres, aut ſaltem duo in vno Conuentu ſimul collocentur, vt huic obeundo muneri parati inueniantur. Alij in alijs poterunt deſtinari Conuentibus. Inquirant autem: Ad hoc, examinatores deſtinandi.

1 De probitatis teſtimonio, vt ſupra.

2 De ætate per Conc. Trid. requiſita. De quibus inquirendũ ſit.

3 A quo Confirmationem, & alios Ordines ſuſceperint.

4 De literis teſtimonialibus ſuſceptorum Ordinum.

5 An ſe in ſuſceptis per annum exercuerint.

6 An ſuſcipiendi Ordinis naturam calleant.

7 An cum ætate, doctrina ſimul accreuerit.

8 An ſint à cenſuris liberi.

9 An habiles corpore, & mente reperiantur.

4 Quibus legitimè conſtitis, de doctrina diligenter examinentur, & idoneis repertis, ſcriptum teſtimonium duorum ſaltem Examinatorum manibus ſignatum, in hanc formam aſsignent: Examinatorũ teſtimonium.

Frater

Frater N. *Clericus Profeſſus, moribus. & vita probatus, ætatis annorum ..... Religionis verò .... ab Epiſcopo N. Die ... anno .... prima Tonſura ritè initiatus, doctrina, & alijs idoneus repertus, ad quatuor minores Ordines admitti poteſt. In quorũ fidẽ &c.*

Ibidem. 5 Hanc approbationem Examinatus ad Prouincialem deferat in Archiuio aſſeruandam, atque cum alijs ſcripturis ad Examinatum ſpectantibus, quæquè pro Nouitijs aſſeruantur, conſerendam, nè errandi relinquatur occaſio. In Archiuio aſſeruādum.

Ibidem. 6 Sine præfatis approbationibus, & examinibus, nulli, ſuſcipiendi Ordines licentia concedatur, ſub pœna Superiori arbitraria. Sine approbationibus, nemo ordinetur.

Trid. ſeſſ. 23. c. 11. & 13. Valliſolet. 1593. 7 Qui autem nondum Confirmationis ſacramento muniti ſunt, quique à minorum Ordinum poſtremo, ad Subdiaconatum; & à Subdiaconatu ad Diaconatum, & à Diaconatu ad Presbyteratum, per annum integrum non permanſerint, ad prædictos Ordines promoueri non poſsint. Necnon ſuſcepta confirmatione. Et ſeruatis interſtitijs.

Vltramon. c. 3. Salman. c. 2. Rom. 1583 Valliſolet. 1593. 8 Nec cuiquam, ante bienniun à profeſſione emiſſa, ab Subdiaconatus Ordinem licentia concedatur: nec pro Sacerdotio ante quinquennium, niſi in ſacris fuerit, cùm probationis habitum ſuſcepit. Prouincialis contrafaciens, ſuſpendatur, vel etiam ab officio deſtituatur, ad arbitrium Superioris. Si autem aliud aliquando neceſſitas ſuaſerit, cum Miniſtri, Vicarij, vel Commiſſarij Generalium licentia fiat. Ac poſt tēpus præſcriptum.

Neap. c. 20 c. vnic. de Cler. p. ó. per ſaltũ. *Pius II.* Cum ex ſacrorum. *Sixtus V.* 9 Qui ſine licentia huiuſmodi, aut furtiuè, aut per ſaltum ad Oidinem quempiam promotus fuerit, aut in ſacris Ordinibus Subdiaconatus, & Diaconatus ſolemniter ſe ingeſſerit, antequam illis inſignitus fuerit, vltra pœnas à iure ſtatutas, ab exequutione ſuſcepti muneris, ex Decreto Pij II. ſuſpenſus, & ſpe futuri Ordinis decennio careat, & grauius etiam puniatur ad Conſtitutionis Sixti V. præſcriptum. Malè promoti punitio.

Vltramon. c. 1. Valliſolet. 1593. 10 Promoti autem, ab Epiſcopo promotore, vel ſaltem à Guardiano loci, vbi Ordinem ſuſceperunt, authenticum ad Prouincialem deferant teſtimonium, ſine quo, a ſuſcepti Ordinis exercitio ſuſpenſi maneāt, quouſquè de veritate conſtet. Teſtimoniũ verò, in libro deſtinato Promotus, teſtimoniũ promotionis deferat.

ſtinato inſeratur à Prouinciali, & in Archiuio conſeruetur.

Valliſolet. 1593. 11 Statuimus etiam, vt promouendi, intra Diœceſis limites ordinentur, in quibus de familia commorantur; abſente verò, vel ordinationes non habente proprio Epiſcopo, tunc ad alium accedere liceat, dummodò Prouinciæ fines non excedant. *Intra Diœceſim ordinetur.*

Sac. Cong. Concilij.

Ibidem. 12 Poſt ſuſceptos Ordines, nemo in eorum exequutione ſe ingerat, quòuſquè cærimoniarum cognitionem diligenter comparauerit. Túncque ex licentia Prouincialis, cui ea de re, ab aliquo perito anteà atteſtatū ſit. *Cærimoniæ addiſcēdæ.*

Salm. c.4. Valliſolet. 1593. 13 In Miſſis nouellis, oblationes pecuniarias, ſub pœna proprietariorum tam Sacerdoti, quam Superiori locali omninò ſubeundis, fieri prohibemus. *Oblationes in Miſſis vetitę.*

De Apoſtatis. §. 10.

Salmant. c. 2. Trid. ſeſſ. 25. c. 24. Valliſolet. 1593. 1 QVamquàm, ex iure communi, noſtriquè Ordinis Conſtitutionibus, immemorabili vſū receptis, certum ſit, Religioſum, qui ſine facultate legitima, ſiuè cum habitu, & ſocio, ſiuè abſquè illis, etiam cum prætextu ad Superiores accedendi; de Conuentu receſſerit, Apoſtatam eſſe; quia tamen in Apoſtaſia, gradus reperire contingit, vt plagarum modus delicti menſuram non ſuperet, circa Apoſtaſiæ gradus, & pœnas; quæ ſequuntur decernimus, & mandamus. *Quis Apoſtata.* *Apoſtaſiæ gradus.*

Innoc. IV. Vt Apoſt. 2 Primum enim omnes, & ſingulos Apoſtatas Ordinis noſtri, authoritate Apoſtolica, nobis in hac parte conceſſa, vi præſentis ſtatuti excommunicamus, & anathematis vinculo innodamus. *Apoſtatæ excommunicantur.*

Valliſolet. 1593. Vltramōt. c.6. Rom. 1575 Pariſien. 1579. 3 Præcipimuſquè omnibus Superioribus localibus, vt in refectione immediatè ſequenti, coram Fratribus Capitulariter congregatis, & ſingulis ſextis ferijs primi menſis (ſi tantum Apoſtaſia durauerit) tales Apoſtatas, excommunicatos denuncient; ſtatimque Prouinciales admoneant, vt de Apoſtaſia, in libro ad hoc parato, memoria deſcribatur, ex qua poſtea illius grauitas, vel leuitas elici poſsit. *Et excommunicati denunciantur.* *Ac in libro deſcribuntur.*

Vallisolet. 1593. 4 Quando aliquis, ſine ſui Superioris licentia taci- Leuis apoſtaſię pœna.
ta, vel expreſſa è Conuentu egreſſus, per diem natura-
lem tantùm moratus fuerit; is in leuem Apoſtaſiam
incidit, cuius pœna eſt trium dierum carcer, & ſuffra-
giorum iuris per triennium priuatio.

5 Eiuſmodi Apoſtaſiæ reus decernitur, qui præte-
xtu ad Superiores accedendi, ſine licentia egreſſus, re-
ctà coràm Superiore ſe ſiſtit.

Ibidem. Salmant. c.2. 6 Qui cum licentia exiens extrà Conuentum, in- Leuioris pœnitio.
aliquo loco, etiamſi Ordinis noſtri fuerit, ſine licentia,
aut neceſſitate pernoctauerit, leuiorem contrahit Apo-
ſtaſiam, pro qua biduò eſt carcerandus, & bienniò ſuf-
fragiorum iureq; priuandus.

Ibidem. 7 Qui ſine licentia egrediens, eadem die ad Con- Leuiſſimæ animaduerſio.
uentum reuertitur (quod eſt leuiſſimum Apoſtaſiæ ge-
nus) per diem carceretur, & per annum voce actiua,
& paſſiua priuetur.

Ibidem. 8 Cum recidiuis autem, & ſupradictos Apoſtaſiæ Recidiui acrius puniũtur.
gradus multiplicantibus duplicari, & multiplicari de-
bent & pœnæ.

9 Cui autem priuatio ſuffragiorum non conueniret,
pro quolibet anno priuationis, deferat ſignum proba-
tionis per menſem.

10 Morans triduò extra Conuentum, etiamſi ad Apoſtaſiæ grauis, mulctatio.
Ibidem. Superiorem acceſſum prætendens, ſine licentia egreſ-
ſus fuerit, in grauem incidat Apoſtaſiam; ad quam pu-
niendam, pro prima vice triduò, eſt carcerandus: co-
ram Fratribus capitulariter congregatis, ſemel in pa-
ne, & aqua ieiunare debet, ac per triennium ſuffragio-
rum iure deſtitui. Secunda vice, duplicata hac pœna,
caparonem etiam per tres menſes deferre, vltimumquè
locum in ſuo ordine habere. Si tertiò, & quartò in id-
ipſum prolapſus fuerit, in grauioris, vel grauiſsimæ
pœnam incurrat, &, ſi illi priuatio voti non conueniat,
teneatur quotidiè dicere culpam in refectorio, ſpatio
vnius anni vel vlteriori, pro modo Apoſtaſiæ.

11 Si autem extrà Conuentum per octo dies mo- Et grauioris, cum ſuis replicationibus.
Ibidem. Rom. 1565 Aquil. 1559. ram traxerit, grauioris Apoſtaſiæ Reus declaratur, &
per tres menſes carceribus mancipari debet; quo tem-
pore, per tres dies, in qualibet hæbdomada, in pu-
blico

blico Refectorio in pane, & aqua ieiunet: ſexta feria, ſpatio vnius *Miſerere mei, &c.* ſibi flagella diſciplinæ infligat, ac ſuffragiorum iure ſexennio deſtituatur.

12 Relapſo duplicentur pœnæ, probationis ſignum per annum, & vltimus locus in ſuo ordine adiungatur.

13 Triplicantem verò, ſuffragiorum iure perpetuò deſtituimus, & ad carcerem annualem, vel triennalem, probationiſque ſigni delationem condemnamus; quo tempore, ſingulis quibuſque ſextis ferijs, diſciplinã faciat, in pane, & aqua coram Fratribus ieiunet, vltimum locum in ſuo ordine teneat, vtenſilia lauet, & Conuentum pro carcere habeat, ex quo, niſi in proceſſionibus, & pro publicis vtilitatibus exire non poſſit.

14 Quarta autèm vice Apoſtaſiam hanc iterans, ad Triræmes, arbitrio Superioris condemnetur.

15 Qui vltra hæc, etiam habitum dimiſerit, & intra duorum menſium ſpatium reuerſus non fuerit; vel etiam, non dimiſſo habitu, vltra duos menſes in Apoſtaſia perſeuerauerit, grauiſſimæ Apoſtaſiæ reum iudicamus. Qui pro prima vice puniri debet carcere trium menſium, delatione caparonis per triennium, & hoc tempore, ſingulis ſextis ferijs in publico Refectorio ſine caputio in pane, & aqua ieiunare debet: priuatione vocis actiuæ, & paſſiuæ per decennium: retentione vltimi loci in ſuo ordine, per idem tempus vtenſilium lotione, ac carceratione per Conuentum; vndè, niſi ob proceſſiones, & publicas vtilitates exire non poſsit. Si ſecundò in hanc Apoſtaſiam inciderit, ſupradictas pœnas duplicamus, & aggrauamus. Tertiò, vel extrà Ordinem, vt incorrigibilis expellatur, vel ad Triremes per decennium condemnetur, (quę, ſi ſuperuixerit, & in ſacris fuerit) ſuſpenſum perpetuò declaramus.

Ibidem. Apoſtaſiæ grauiſsimæ pœnæ, ac di mittentis habitum.

16 [In grauiore autem, & grauiſſima, cui priuatio vocis applicari non poſſit, in quotidianam ſuæ culpæ confeſſionem, more Nouitiorum, & in diſciplinam, ſingulis ſextis ferijs ſibi infligendam, ſpatio duorum, & quatuor annorum reſpectiuè commutetur.] Add.

Ibidem. 17 Qui ſine neceſsitate aliò, vel alia via vadit quàm

 ſibi

ſibi per facultatem liceat; Quiquè tempus in facultate præſcriptum excedit; Quiuè ſine ſocio, de loco ad locum proficiſcitur, in Apoſtaſiam grauem, vel leuem, & in earum pœnas, iudicio Superiorum, incurrat.

Salm. c.2. Valliſolet. 1593. 18 Nemini liceat, cuiuſuis licentiæ prætextu, extrà Conuentus, vel Prouinciæ limites egredi, niſi prius Prouinciali, Generalis, & Superiori locali, Prouincialis licentiam oſtendat. Si autem Prouincialem in remotis agere contingat, ità quòd eius præſentia facilè haberi non poſſit, & negocium vrgeat, ac Superioris localis iudicio, dilationem non patiatur; tunc Superiori locali obedientiam oſtendat coram teſtibus, & Prouincialem ipſum de ſuo diſceſſu per literas moneat, [ſignarique faciat literas obedientiales à Guardiano cum adnotatione diei, qua diſceſſerit.] Vtprimùm verò redierit in Prouinciam, reditum ſuum Prouinciali ſaltèm per literas ſignificet. Diſcedens autem, contrà huius ſtatuti ſeriem, tanquam grauis Apoſtata puniatur, & [Superior localis ſuſpendatur ab officio per menſem.] *Extra Prouinciam exitus, ſine licentia, vetitus.* *Obedientiæ Superiorum inferioribus Prælatis oſtendẽdæ.* *Rom.1625 Rom.1639* *Add.* *Add.* *Ibidem.*

Salmant. c. 2. Valliſolet. 1593. 19 Locali Superiori, ſuos ſubditos extra Conuentus limites mittere non liceat, niſi ſpecialiter illi indultum fuerit. Mittens officio, priuetur, miſſus de leui ſaltem Apoſtaſia notetur. Nullus item Prouincialis, niſi ad viciniorem Prouinciam, [& ad 30. milliariorum italicorum diſtantiam,] ſuos Fratres mittere poſſit, idquè publicæ, vel grauis neceſſitatis intuitu: contraueniens ſuſpendatur ab officio, Generalis arbitrio, & miſſi, tanquam graues Apoſtatæ puniantur. *Guardiani extra ſuos limites non mittant.* *Add. Nec Prouincialis, niſi ad viciniorem Prouinciam.*

20 Qui à Generali, extrà Prouinciam eundi licẽtiam obtinuerit, illam intra duos menſes exequatur, quibus tranſactis, nulla ſit, & qui illa vtitur, in grauem, vel grauiorem Apoſtaſiam incurrat: Excipimus autem Commiſſarios ad Prouinciarum viſitationem deſtinatos. *Generaliũ obedientia quantum duret.*

Valliſolet. 1593. Rom.1595 21 Si aduerſus Apoſtatam, criminis ſuſpicio habeatur, Prouincialis de crimine proceſſum formet, quem in Archiuio ſeruet, vt contra reuerſum Apoſtatam de iure procedi poſſit; Qui neglexerit Prouincialis, officij priuationem incurrat. *De Apoſtatis fiat proceſſus.*

22 De Apoſtatis, eorumque qualitatibus, Generalem,

ſenſ. 79. Rom. 1571 Salmant. c. 2. Valliſolet. 1593. ralem, & Officiales Curiæ moneant; Negligentes, aut Apoſtatas, in ſuis Prouincijs, & Conuentibus retinentes, eoſque abſolutos, & ſecundùm præſentia decreta punitos, ſtatim ad proprias Prouincias non dimittentes, teſtimonialibus literis communitos, officio, tam Prouinciales, quàm Superiores locales deſtituantur. Ac Generalis, & officiales Curiæ certiorentur.

Valliſolet. 1593. 23 Quam pœnam ſubeant qui Apoſtatas ad Generalem, Romanam Curiam, vel aliò, præterquàm ad proprias Prouincias deſtinauerint. Apoſtatæ nõ niſi ad ſuas Prouincias mitti poſſunt.

Salmant. c. 2. Valliſolet. 1593. 24 Si verò ad Generales, vel ad Romanæ Curiæ Officiales, Apoſtatas recurrere contigerit, & ab eis puniri, pœna illa, pro ſola Apoſtaſia, & non pro alijs delictis intelligatur inflicta, etiamſi literas deferant commendatitias: ſpeciales enim defectus ad ſuos Ordinarios reſeruantur, niſi aliud Generalis ipſe, ex poteſtatis plenitudine decernat. Apoſtatarũ exceſſus a ſuis ordinarijs puniantur.

Salmant. c. 2. Sixtus V. 25 Vt autem Apoſtatarum cognitio habeatur, nullus Frater hoſpes recipiatur, niſi obedientiales literas Superiori locali oſtendat. Excipimus Patres graues, & notos, de quibus dubitari non poſſit: ſecus faciens, localis Superior ſuo priuetur officio, Prouincialis arbitratu. Hoſpites licentias oſtendant.

Neapolit. c. 29. 26 Apoſtatæ, cùm redierint, in communitate Fratrum, genuflexi ſolemniter abſoluantur iuxtà formam in fine apponendam, inflictis ſibi diſciplinæ flagellis, ſpatio vnius *Miſerere mei Deus, &c.* ac genuflexi, ſine caputio in publico Refectorio pane, & aqua ieiunent. Qui neglexerit, officio priuetur, vel Superioris arbitrio grauius etiam puniatur. Apoſtatæ, quomodo abſoluendi.

Valliſolet. 1593. 27 Apoſtatæ, pœnas latas ſubire recuſantes, per iuris & facti remedia, inuocato etiam brachij ſæcularis auxilio, grauiter arceantur. Recusãtes, quomodo arcendi.

Salm. c. 2. Vltramon. c. 6. Vallſolet. 1593. Priuil. Innoc. IV. 28 Declaramus, Superiores omnes, tàm Prouinciales, quàm locales ordinariam poteſtatem habere excommunicandi, capiendi, & carcerandi Apoſtatas, etiam ſi aliarum Prouinciarum ſint, & ad ſuas diuerterint. In neceſſitate autem, etiam Fratres ſubditi capiendi Apoſtatas, facultatem habeant, prout indulto apoſtolico cautum eſt. In apoſtatas, qui facultatẽ habeant.

29 Vnde curare debent Superiores quicunquè, nè

per

Vallisolet. 1593.

per ſuas Prouincias, vel Conuentus vagentur Apoſtatæ, ſed eos capi, quàmprimùm poterunt, ſatagere teneantur.

Apoſtatæ capiendi

Neap. c. 28 Pariſien. 1597. Vallisolet. 1593.

30 Nemini liceat in aliena incorporari Prouincia, niſi natiuus fuerit eiuſdem, & tunc de vtriuſque Prouinciæ capitulari conſenſu, & poſtquàm incorporandus, in illa Prouincia bienniò ſaltèm commoratus fuerit, incorporetur, niſi Superiori Generali, aliter viſum fuerit; Declarantes quòd quòquomodo incorporatus, locum, & præcedentiam non à die habitus, ſed à die incorporationis obtineat.

Incorporationis in aliena Prouincia modus.

31 [Tandèm, Apoſtatas omnes, etiam poſtquam redierint, & in quacunque Prouincia reperiantur, ad aliquod officium, niſi per decem annos, poſt Apoſtaſiam, laudabiliter, & religioſè vixerint, promoueri non poſſint.]

Add. Apoſtatarũ etiam poſt regreſſum punitio.

32 [Poſſit tamen, pro ſua miſericordia, in his pœnarum generibus, vbi perſonæ qualitas, & emendationis ſigna ſuadeant, medietate pœnitentiæ iam peracta, Capitulum Prouinciale, per ſuffragiorum ſecretorum maiorem partem (ſi bene viſum fuerit) diſpenſare.]

Add. Pœnas apoſtatarum quis moderari poſſit.

De Veſtimentis. §. II.

Cap. 2.

ET illi, qui iàm promiſerunt obedientiam, habeant vnam tunicam cum caputio, & aliam ſine caputio, qui voluerint habere, & qui neceſſitate coguntur, poſſint portare calceamenta, &c.

Vrb. VIII. Sacroſanctum Apoſtolatus. Salm. c. 2. Neap. c. 8. Trid. ſeſſ. 25. c. 1. & 2. Vallisolet. 1593.

1 OMnes, [& ſinguli noſtri Ordinis Profeſſores iuxtà Regulam, eiuſque declarationes, per Nicolaum III. & Clementem V. factas, cum calepodijs, ſeu ſandalijs apertis dumtàxat incedere teneantur.

Add. Veſtimentorum qualitas, & numerus.

2 Neque alio pedum operimento, ſiuè panneo, ſiuè alterius cuiuſcunque materiæ exiſtat, abſquè expreſſa licentia, & neceſſitate vti poſſint. Quòdque integrum eorundem veſtimentum, duabus tantùm tunicis conſtet,

ſtet, vna ſcilicet cum caputio, & alia ſine caputio, qui eam habere voluerint. Neque tertia tunica, ſeu camiſia ſtaminea, aut interula, ſiuè ſudario, vel alia quacunque re, contra eiuſdem Regulæ tenorem, etiam in vim conceſſionis Iulij II. ſiuè alio quouis prætextu, & ex quacunquè cauſa, vllo modo vti valeant.]

Valliſolet. 1593. 3 Vt autem omnes vilibus induantur, decernitur, & præcipitur, quòd omnes Fratres taliter induantur exterius, vt conformitas veſtium indicet conformitatem animorũ, ita tamen, vt & panni vilitas ſtrictè ſemper ſeruetur, & repetiationis deformitas euitetur, *Veſtimenta vilia, non ſingularia eſſe debēt.* *Add.*

Rom. 1612 [præcipuè ſi petia varij coloris, & formæ habitibus, vel mantellis aſſuerentur, quæ omninò remoueri præcipimus.]

Salm. c. 2. Vltramon. c. 3. Valliſolet. 1593. 4 Et quia veſtimentorum vilitas in pretio pariter & colore, ſemper eſt attendenda, in quibus aſperitas, & paupertas continuò relucere debet, ordinamus, vt omnes talibus induantur veſtimentis, quòd nec de curioſitate, nec de ſuperſtitione meritò notari poſſint. *Vilitas in quo conſiſtat.*

Salmant. c. 2. Neap. c. 9. 5 Ad maiorem conformitatem inter nos retinendã, decernimus, vt caputij longitudo à lateribus, conum iuncturæ humerorum non excedat; neque à parte poſteriori longitudo illius cingulum tranſcendat, *Caputij longitudo, & latitudo.* *Rom. 1612* [informa autem rotundum ſit, & mantello nullatenus affixum, cum per Regulam, ſimplex, non duplex caputium concedatur.] *Add.*

Ibidem. Valliſolet. 1593. 6 Habitus longitudo talis ſit, quòd Fratris illum deferentis menſuram nullatenus ſuperet: Latitudo autem illius palmis 18. maior non ſit, nec minor [15. Manicarum longitudo extremam manuum iuncturam cooperiat, nec vltra protendatur, & earum latitudo circa manus palmo, plus minus vno non ſit maior.] *Habitus quãtitas.* *Add.*

Ibidem. 7 Mantellum non ſit rugatum, vel criſpatum, & ipſo habitu duobus ſaltem palmis breuius ſit. *Mãtelli forma, & menſura.*

Ibidem. 8 Qui in prædictis omnibus, aut ſingulis ſecùs fecerit, Prouincialis arbitrio reformetur, & omnium ſuffragiorum iure triennio careat; Prouinciales autem, ſub priuatione officij, hæc omnia ipſi primùm ſeruent, & ab omnibus alijs ſeruari curent. *Contrafacientium mulctatio.*

Neap. c. 9. 9 In omnibus Communitatibus, in quibus veſtimenta

menta Fratrum confici ſolent, tabella, quæ ſupradictas menſuras, vulgari ſermone exprimat, conficiatur, & loco conſpicuo perpetuò appenſa permaneat, vt nullus excuſationi locus ſit. Tabella, in Communitatibus appendenda.

10 Vniuerſis, & ſingulis præcipimus, vt eodem panno in communi veſtiantur, & nullus, ſub prætextu eleemoſynæ ab aliquo ſibi elargitæ, in particulari veſtiri poſſit, ſed dicta eleemoſyna Syndico aſſignetur, de ſcitu Guardiani, vt de panno communi, cum alijs veſtiatur. Contrà qui fecerit, ſuffragiorum iure ſexenniò careat. *Ibidem. Cle. VIII. de Reform. Regul. n. 9* Veſtes, de Communi pãno fiant.

11 Vt autem varietati, & ſingularitati omninò occurratur, præcipimus, vt in Prouincijs in quibus ad pannos conficiendos officinæ inſtitutæ ſunt, omnes de eodem panno veſtiantur. [Alias induti, inhabiles ad officia, & dignitates Prouinciæ indiſpenſabiliter cenſeantur.] Vbi verò nondum erectæ ſunt, eodem panno à Prouinciali empto veſtiantur ſub eiſdem pœnis, quas & Prouincialis incurrat, ſi in horum executione negligens extiterit. Singulari panno indui notantur. *Rom. 1639* Add.

12 [Officinæ verò, vbi introductæ non fuerint, intra vnius anni ſpatium, Prouinciales erigant, & introducãt, ſub pœna priuationis officij, ipſo facto incurrẽda.] *Rom. 1639* Add. Officinæ pannorum inſtituendæ.

13 Qui ſine habitu, caputio, chorda, aut fœmoralibus, niſi cauſa infirmitatis, de conſilio Medici, & Superioris licentia dormierit, coram Fratribus capitulariter congregatis, genuflexus ſine caputio in pane, & aqua ieiunet; quam pœnam ſubeat, qui caputium diſſutum ab habitu portauerit. *Valliſolet. 1593. Salmant. t, 2.* Sine habitu dormientis punitio. Caputium diſſutum ab habitu non feratur.

14 Poſſint Superiores, iuxtà Regulam, eiuſquè declarationes, in neceſſitate plures tunicas concedere, & alia indulgere, maximè infirmis, de Medicorum conſilio; attamen qui circa veſtes, ſuprà communitatem diſpenſantur, nullo prorſus officio in Religione fungi poſſint. Fratres autem particulares ſibi, ſine talibus licentia, & neceſſitate, nec Superiores ſine neceſſitate illis concedere, vel aſſumere vnquam poſſint camiſias lineas, vel laneas; de bombice, vel cottone, ſudaria linea, vel lanea, lintearmina, anaclinteria, caligas, ocreas, crepidas, calceos, & alia id generis, quorum vſum *Nicol. III. c. Exijt. Clem. V. c. Exi. i. Quatuor Magiſtri. Valliſ. let. 1593. Vrb. VIII. ſupra.* Alia indumenta, qui, & quando concedere poſſint.

vſum ſemper Religio abhorruit, & ſibi ex antiquis ſtatutis, tenuit eſſe negatum, ſub grauioribus pœnis, arbitrio Superiorum infligendis.

Ibidem. 15 In concedendis autem calceamentis, iuxtà Regulam, Miniſtri Prouinciales non ſint faciles, ſed ſolummòdo ea concedant in manifeſtæ neceſſitatis, vel infirmitatis articulo: non permittentes calceatos extrà Conuentus diſcurrere, quos, ad officia Ordinis etiam inhabiles declaramus. *Ac etiam calceamenta.*

Ibidem. 16 In ſacriſtijs verò, ad Miſsas celebrandas crepidæ ſemper ſint, quibus, in prædictis muneribus Fratres vti poſſint. *Crepidæ, in ſolis Sacriſtijs habendæ.*

Vallisolet. 1593. Salmant. 1618. 17 Superiores locales, ſuis ſubditis cingulos, fæmoralia, & calepodia, aliaquè neceſſaria per ſanctam obedientiam, & ſub priuatione officiorum [in perpetuum] prouidere teneantur. Et Prouinciales, ſi in eo defecerint, Generalis, vel Viſitatoris arbitrio puniantur. *Superiores, ſubditis neceſſaria pro uideant. Add.*

Salmant. c. 3. Vallisolet. 1593. 18 Veſtes extraneas, etiamſi religioſas, & ſub ſpecie deuotionis, Fratres nullo vnquam tempore induant; Nec habitus, aut veſtes Ordinis, ſæcularibus, quauis de cauſa accômodent, niſi quando in mortis articulo, cũ eis ſepeliri voluerint. Præcipientes, nè præſentationes, comædias, vana ſpectacula, & cætera huiuſmodi, quouis tempore, aut occaſione, vbi Religionis habitum Fratres exuant, vllatènus repræſentent, ſub graui ſuſpenſionis pœna ipſo facto incurrenda, & alijs grauioribus, priuationis etiam officij, & carceris, arbitrio Superioris infligendis. *Veſtes extraneas nullus induat. Præcipuè vbi repræſentationes aguntur.*

De Tonſura. §. 12.

Salmant. c. 3. Neapolit. c. 11. 1 Quia Tonſura, ad honeſtum Fratrum ornatum, habitum, & mortificationem pertinet, ſancimus, vt Fratres omnes, de quindena in quindenam in Conuentibus radantur. Qui ad ſæcularium tronſtrinas acceſſerit, ſuffragiorum iure trienniò careat, quam pœnam incurrant, non tantùm, qui caput, & occiput, non autem *Tonſura, quoties facienda. Apud ſæculares tõſtrinas nemo radatur.*

 bar-

barbam ſibi radi fecerint, ſed etiam Barbitonſores, qui aliter radere auſerint.

2 Guardiani verò, qui ſuos ſubditos vel non radi, vel aliter quàm præſcriptum eſt, radi permiſerint, officio priuentur. Infirmis autem, qui ſine periculo radi non poterunt, de licentia Prouincialis forficulis ità profundè tundi liceat, vt raſi videantur, dummòdo nulla barbæ, & capitis diſparitas appareat. Tranſgreſſorum pœnæ.

Ibidem. 3 Corona capitis ad aures vſquè pertingat, quæ latitudine tres digitos non excedat: Laicis circulus in rotundum ducatur ab auribus paululum ſupra. Qui contrafecerit, Laicus pro prima vice probationis caputium tribus menſibus deferat, pro ſecunda duplicetur, quam pœnam ſubeant Clerici contrafacientes. Sacerdotes verò, pro eorum qualitate puniantur, Prouincialis arbitrio, qui ſi negligens fuerit Generalis iudicio puniatur. Corona capitis quãta. Laici tonſura.

Salm. c. 3. 4 Nemo etiam biretum in capite, in loco communi, & patenti deferat, ſub pœnis Superiori arbitrarijs; ob hoc enim peccatum, vnus ex diſcipulis S.P. Franciſci, vt Iudam damnatum, legitur. Biretum nemo deferat.

De Diuino Officio. §. I.

Cap. 3. *Clerici faciant Diuinum Officium, ſecundùm Ordinem S. R. E. excepto Pſalterio, ex quo habere poterunt Breuiaria: Laici verò dicant vigintiquatuor Pater noſter: pro Matutino, pro Laudibus quinque, &c.*

Rom. 1571 1 Diuinum Officium, ad præſcriptum Breuiarij Romani vltimò reformati, cum additione propria Sanctorum Ordinis noſtri omninò recitetur: quod etiam de Miſsis inuiolatè ſeruabitur. Officium diuinum, ad rubricas Breuiarij recitandum.

Salmant. c. 3. Rom. 1571 R. 1589. 2 Ad Matutinum, ac cæteras Horas Canonicas in Eccleſia perſoluendas, omnes conueniant. Nec aliquis, ſub cuiuſcunque priuilegij, Ad officiũ in Choro, omnes conueniant.

etiam

Pariſ. 1579. Neap. c. 1. Valliſolet. 15. Cle. VIII. de reform. num. 1.

etiam ſuperioritatis, necnon Generalatus prætextu, à ſeruitio Chori cenſeatur immunis, niſi pro tempore, quo quis in proprij officij munere, actu occupatus fuerit. Cum Lectoribus autem, & Prædicatoribus Superiores, ijs tantùm diebus, quibus eos legere, aut prædicare contigerit, diſpenſare poſſint. Idem quoque præſtare valeant cum ægrotis, & ſtudiorum, vel alterius cauſa probata legitimè impeditis.

Vrb. VIII. Militantis Eccleſiæ. 1640.

3 [Et, vt à maioribus, Domino famulādi exemplum minores accipiant, omnibus Patribus Ordinis, & Prouinciarum, non legitimè impeditis, vt ad Chorum conueniant, & ad faciendam hæbdomadam, aliaſque Eccleſiaſticas functiones, ſinè differentia applicentur, ſub priuatione vocis actiuæ, & paſsiuæ, & inhabilitate ad officia Religionis, præcipimus, & mandamus. Quòd ſi Superiores quicunque id exequi neglexerint, eoſdem, per Vrbanam Conſtitutionem, officijs deſtituimus, & inhabilitamus impoſterum.] Add. Præcipuè Superiores, & Fratres.

Valliſolet. 1593.

4 Si contigerit, Matutinum propter aeris intemperiem, vel aliam cauſam, Definitorio probatam, media nocte recitari non poſſe, id ſummo mane recitetur, ità vt in ortu Solis prima recitari poſsit. Prohibèntes vt nullo tempore poſt Completorium recitetur, niſi in triduo ante Paſcha, ac per totam Sanctiſsimi Corporis Chriſti Octauam. Quādo Matutinum extra mediam noctem recitari poſsit

Pius V. in Breu. Valliſolet. 1593.

5 Officium paruum B. Virginis, illis ipſis diebus, quibus, aut vniuerſæ familiæ, aut cuiuſcunque Prouinciæ præſcripto dicendum eſt, omninò in Choro recitetur. B. V. Mariæ Officium paruū quādo recitandum

Valliſolet. 1593.

6 Dominicis omnibus, & feſtis alijs de præcepto, vbi ſunt ad minus ſex Fratres, qui canendi vſum habeant, Tertia, Miſſa, ac Veſperæ, canantur. Vbi in Choro manēdū

Ibidem.

7 Miſſa Conuentualis, quæ Officio diei ſemper conueniat, nullo modo prætermittatur. Miſſa Conuentualis.

Salm. c. 3. Neap. c. 1. Valliſolet. 1593.

8 Qui ſine cauſa à Matutino abfuerit, pro prima vice genuflexus, & brachijs in modum crucis expanſis, in prima refectione, quinquies: Pater noſter, & Aue Maria &c. recitabit. Recidiuo etiam diſciplina adiungatur, Tertiò deficiens, in pane, & aqua inſuper ieiunabit coram Fratribus genuflexus. Si vlterius ne- Choro non intereſſentium pœnæ.

gligens fuerit, ſuffragiorum iure priuetur per triennium arbitrio Superiorum: Quas pœnas ſubeant, qui alijs Horis, præſertim Veſpertinis non interſuerint.

Ibidem. 9 Superiores locales, qui ſancitas pœnas non inflixerint, eaſdem ſubeant, & officijs priuentur, Prouincialium arbitrio, qui in Viſitatione diligenter inquirant diuini cultus defectum, alioquin & ipſi à Generali, eiuſque Viſitatoribus, arbitrarijs pœnis plectendi. *Ac etiam ſuperiorum eas non imponentium.*

De diſciplina Chori, & canendi, ac pſallendi ordine. §. 2.

Ibidem. Tol. 1633. 1 OMnes, ad diuinas laudes canendas, & diuina officia celebranda, die, noctùquè diligentiſsimè conueniant, & ſuo loco, & tempore ſe recipiant. *In Choro, quomodo agendum, & manēdum.*

2 Neque hùc, atque illùc curſitent, vel per aliorum ſubſellia vagentur, in Choro nemo rideat, nemo loquatur, nemo variè, & curioſè circumſpiciat, nequè vanis aſpectibus rem diuinam perturbet. In Choro nemo priuatim ſibi officium dicat, vbi communi officio opera datur. Nemo libros, aut literas, vel ſcripturas legat, aut quidquam agat, ad officium diuinum non pertinens.

Ibidem. 3 Vt autèm in Choro omnia ordinatè agantur, præcipimus, vt in Prouincialibus Capitulis inſtituatur Chori Vicarius, vel Cæremoniarum Magiſter, præſertim in præcipuis Conuentibus, qui ſit eruditus, & idoneus ad hoc munus obeundum. *Vicarius Chori, & cæremoniarū Magiſter.*

Ibidem. 4 Magiſter autem Chori, & cantus eccleſiaſtici moderator, attendat diligenter, vt omnes, & ſinguli vnum, & eumdem tenorem pro temporis, & officij ratione perpetuò ſeruent, ſedendo, ſtando, genuflectendo, demittendo, & extollendo vocem. *Eius munus*

Ibidem. 5 In Choro deniquè, perpetuum ab omnibus, & inuiolatum ſeruetur ſilentium, quo in ſeruando non minus, quàm, in Officio perſoluendo, Chori Magiſter inuigilet. *In Choro ſilentium ſeruetur.*

Ibidem. 6 Ad præcauenda, & fugienda ſcandalorum incommòda,

Neapol. c.22. moda, ſtatuimus vt nullo tempore, vel prætextu in Eccleſijs noſtris inſtrumenta muſica, præter organum & quod vocant Regalum, in diuinis officijs, & Miſſis canendis adhiberi liceat, ſub pœna ſuſpenſionis, Superioribus, & ſubditis id permittentibus, & procurantibus, ipſo facto incurrenda. Organum ſolùm conceditur.

Salmant. c.3. Neap. ibid. 7 Sub quibus pœnis cantum fractum, ſeu figuratum, per quoſcunque faciendum, in Eccleſijs noſtris prohibemus. Cātus figuratus prohibetur.

Ibidem. 8 Et ſub pœnis arbitrarijs, Prouincialibus, & Generalibus inſtrumenta quæcunque muſica, præter monachordium, Fratribus omnibus interdicimus, & concedentibus, aut permittentibus iniungimus.

Ibidem. 9 E Choro, niſi peractis diuinis officijs, egredi nemini liceat, & cùm neceſſitas vrgeat, Superioris venia petatur. E Choro, vt diſcedendum.

De ſacris ritibus, cæremonijs, alijſque ad diuina officia ſpectantibus.

§. 3.

Add.

Rom. 1639 1 CVm [ex Decreto Generalis Capituli Romani poſtremo loco celebrati, confectum, & publicatum ſit Cæremoniale, & Rituale pro Ordine noſtro, breuitati conſulentes, illud ipſum ad vnguem, & inuiolabiliter ſeruandum, ſub pœnis in eo contentis, alijſquè, Superiorum arbitrio reſeruatis, præcipimus, & mandamus. Cæremoniale Ordinis obſeruetur.

De ſilentio. §. 4.

Salmant. c.3. Valliſolet. 1593. 1 SAcrum, & regulare ſilentium in Choro, Eccleſia, Sacriſtia, Dormitorio, ac Refectorio perpetuò, & inuiolatè ſeruandum firmiter præcipimus, & mandamus; & nè multiloquium feruorem deuotionis extinguat, ſtatuimus, vt à ſigno Salutationis Angelicæ in ſero, vſque ad pulſationem primæ Silentium, vbi, & quando habendum.

mæ ſequentis diei inuiolatè ſilentium obſeruetur: Exceptis tamen hoſpitibus, & eiſdem, aſſiſtentibus, de licentia Superioris, quibus modeſtè, & ſubmiſsè loqui permittitur.

Ibidem. 2 Similiter, hora dormitionis à feſto Reſurrectionis Domini, vſque ad feſtū Exaltationis S. Crucis ſingulis diebus, poſt ſecundam menſam, dato ſigno Capitularis campanæ vſquè ad Nonam omninò ſileatur.

Ibidem. 3 Ieiuniorum prætereà diebus, ſimili modo, poſt ſecundam menſam, eodem ſigno dato ſilendum eſt, donec per Sacriſtam detur ſignum ad ſurgendum.

Ibidem. 4 Propterea mandamus, vt ſæculares ad interiores officinas, aut ad interiora clauſtri nunquam admittantur. In Dormitorium verò, illis perpetuò interdictus ſit ingreſſus. Id etiam intelligimus de Choro, & Sacriſtia, dum Miſſæ dicuntur, ac diuina officia celebrantur. Sæculares ad interiora Clauſtri non admittantur.

Ibidem. 5 Conſultò decernimus etiam, vt nemini Fratrum, conſaguineos, affines, vel amicos ad comedendum in communitate cum Fratribus, quauis occaſione, etiam pietatis, vel antiquæ conſuetudinis gratia, admittere liceat, neque licentia cuiquam detur, niſi forte pro aliquo Prælato, vel magnæ ſpectabilitatis Domino, qui pro eorum dignitate, Fratribus, honori, & ornamento ſint. Contrà facientes Guardiani, & Superiores locales quicunque officio priuentur, & alij Fratres ſuffragiorum iure trienniò careant. Nec in Refectorio ad comedendum.

De Ieiunio: §. 5.

Cap. 3. *ET ieiunent à feſto omnium Sanctorum vſque ad Natiuitatem Domini. Sanctam verò Quadrageſimam, quæ incipit ab Epiphania vſque ad continuos quadraginta dies, quam Dominus ſuo ſancto ieiunio conſecrauit, qui voluntariè eam ieiunant, benedicti ſint à Domino &c.*

1 Tem-

Salmant. c. 3. Vallisolet. 1593. 1 TEmpore, quo Fratribus, ex præcepto Eccleſiæ, vel Religionis noſtræ inſtituto ieiunandum eſt, non ſolum ab eſu carnium, ſed etiam ab ouis, caſeo, & lacticinijs abſtinere debent: Superiores verò locorum, qui talia in communitate permiſerint, aut comedenda Fratribus prouiderint, ipſi, officio, Fratres verò, qui ea comederint, ſuffragiorum iure priuentur, Prouincialis arbitrio. Vrgente tamen neceſſitate, Medicorum iudicio decreta, & cum licentia Superioris, in Infirmaria neceſſarijs veſci liceat. *Oua, & lacticinia in ieiunijs vetita.*

Salm. c. 3. 2 Vt autèm Fratres ieiunare poſſint, Superiores locorum omnia neceſſaria ſuis ſubditis prouidenda curent. Quodquè in diebus ieiuniorum in coquina ad collationem in ſero faciendam, nihil prorſus coquatur, niſi ſolùm pro Fratribus aduenis, & hoſpitibus, qui eodem die venerint, & comedendi neceſſitatem habuerint omninò demandent. *Superiores neceſſaria ieiunantibus prouideant. Collatio ſerotina.*

Salm. c. 3. Vallisolet. 1593. 3 Omnibus, tàm Superioribus, quàm ſubditis, quantum per accupationes licuerit, vt in communitate ſimul ad comedendum conueniant, diſtrictè præcipimus. *Omnes ad communem menſam conueniãt.*

Cle. VIII. de Refor. Reg. n. 10. 4 In victu, & veſtitu, communitatem omnes ſeruent, ità quod eiſdem pane, vino, obſonio, ſiuè pietantia, in communi menſa, vel prima, vel ſecunda (niſi infirmitas impediat) veſcantur nec ſingulare aliquid cuiquam in cibum apponi liceat. *Communitas in cibis ſeruanda.*

Cap. 3. 5 *A Quadrageſima, quæ incipit ab Epiphania, vſque ad continuos quadraginta dies, quam Dominus ſuo ſancto ieiunio conſecrauit,* ſicut nemo cogi poteſt, ſic omnes incitari debent, vt pro conſequenda benedictione ieiunent. Quibus Superiores locales neceſſaria prouidere teneantur. *Benedictã ieiunantes, à Superiore, prouidẽdi.*

Vallisolet. 1593. 6 Qui ſtatutis ieiuniorum diebus, abſquè neceſſitate, & Superioris licentia ieiunium fregerit, Superioris arbitrio grauiter arceatur, quod in viſitationibus inquiri, & inuiolatè ſeruari, ac puniri, præcipimus. *Ieiunij fractores puniantur.*

De

De euagatione tollenda. §. 6.

Rom. 1587. Cle. VIII. de Reform. num. 9.

Sine licentia, & ſocio nemo egrediatur.

1 NVlli, cuiuſcunque dignitatis, gradus, & conditionis exiſtat, præter eos, qui Miniſtri, Vicarij, aut Commiſſarij Generalium officio functi ſunt; quibus ob functi muneris dignitatem, ſine licentia, & cum ſocio electo, exeundi facultatem facimus, è Conuentu ſine licentia Superioris, ſingulis vicibus impetrata, & benedictione accepta, ac ſocio, vel electo, vel aſſignato, exire liceat: Socium autem Superior non cõcedat petentis rogatu, ſed arbitrio ſuo; neque eundem ſæpius, aut ſine cauſa probata; licentiæ verò generales exeundi, nulli omninò concedantur: Contrauenientes pœna graui, etiam carceris, Superioris plectantur arbitrio.

Socios gratos, qui habeant.

Rom. 1587

2 In ſocijs verò aſſignandis à Superioribus localibus, excipiuntur illi, qui ſocium gratum, ex conſtitutionum præſcripto, habere poſſunt.

Valliſolet. 1593. Neap. 27

3 Licentias autem, in caſibus tantùmmodo neceſſarijs concedant, reuertendi ſemper tempore limitato, ac caueant, nè facultate eiuſmodi abutantur, aliòquin Generalis arbitrio ſuſpendantur, ac, ſi expedierit, priuentur officio.

Ibidem.

Soli incedentes, vt apoſtatę puniendi.

4 Nulli, ſine ſocio iter facere liceat, ſub Apoſtaſiæ pœna, ipſo facto incurrenda; niſi Generalis ob cauſam neceſſariam ſcripto aliud conceſſerit, quod rariſsimè concedi, & cum maxima neceſsitate rogamus.

Valliſolet. 1593. Rom. 1612

Add. Bini incedant.

5 Sub qua pœna [ac etiam carceris per hæbdomadam] Fratres per Terras, Ciuitates, & loca, vbi noſtri Conuentus exiſtunt, niſi binos incedere, prohibemus, ſuper quo, Superiores locales diſpenſare non poſsint.

Salm. c. 2. Valliſolet. 1593.

Guardiani, quãdo ſubditos ad Prouinciales mittere poſſint.

6 Liberum ſit Prouincialibus permittere licentiam Superioribus, vt, in certis caſibus Fratres ſuos ad vicina loca, vel ad ſuam præſentiam mittere poſsint. Quibus caſibus, de Diſcretorum conſilio, facultas ſcripta ſemper detur, in qua miſſionis neceſſitas explicetur; Cõtrâueniens officio priuetur, Superioris arbitrio.

7 Acce-

Salm. c.3. 7 Accedente Fratre ad Ciuitatem, vel locum, vbi noſter Couentus exiſtat, antequàm ad Ciuitatem eat, vel in illa negotietur, aut comedat, illius Conuentus Superiori, ſub pœna Apoſtaſiæ, ipſo facto incurrenda, ſe ſiſtat. — *Per Ciuitatem nemo negocietur, niſi prius ad Conuentum acceſſerit.*

Ibidem. Neap. c.15 8 Fratres forenſes negocia Superioribus locorum anteà ſignificent, vt eorum conſenſu, ſi expedire iudicauerint, negotientur, quibus ſocios de eorum familia eiſdem aſſignent, niſi Patres graues, aut Prouinciales fuerint, quos ab hac lege quoad ſocios, & negocia ſignificanda excipimus. — *Forenſes, negocia non tractẽt, niſi communicata Superiori locali.*

Cong. Gen. Rom. 1615 9 [Præcipitur omnibus Prouincialibus, tàm de Familia, quàm de Reformia, vt vbique, & præcipuè coram ſæcularibus ſe inuicem honoribus proſequantur, & charitatiuè recipiant, tanquam eiuſdem Patris filij.] — *Add. Obſeruantes, & Reformati, ſe inuicem honorent.*

De Fratribus Romam confluentibus.

§. 7.

Cle. VIII. de Refor. num. 22. 1 SI quis, ſine Generalis, vel Protectoris ſcripta facultate Romam venire præſumpſerit, voce actiua, & paſsiua biennió priuatus exiſtat, eiſdem Generali, ac Protectori hanc pœnam moderandi, ac *Rom. 1625* relaxandi facultate interdicta, ſubiturus etiam alias pœnas, Superiorum arbitrio infligendas, quæ etiam aduerſus eos, qui ſupradictos admiſerint, vel receperint, ſine vlla exceptione, locum habeant. Conceditur tamen Prouincialibus, Definitorij accedente conſenſu, vt, ob cauſam communem totius Prouinciæ tantùm hanc licentiam concedere poſſint. — *Romam venientium ſine licẽtia, pœnæ.* — *Add.*

2 Statuimus, vt, cum Fratres Romam appulerint, ſtatim ad locum Sanctæ Mariæ de Aracæli rectà properent, & coram Procuratore, vel Commiſſario Curiæ illicò ſe præſentent, & negocia, quæ pertractanda habuerint, cum eis fideliter conferant, & quicquid ipſi decreuerint, inuiolatè exequantur, eiſque, in omnibus, tanquam legitimis Superioribus eorum, ac Prælatis ſubijciantur, [non verò Miniſtro, aut Guardiano Conuen- *Tol. 1633* tus Aracæli. — *Romam venientes, Officialibus Curiæ ſe præſentent.* — *Negocia conferant.* — *Eiſque obediant.* — *Add.*

Neap. c. 21

3 Nulli verò, quacunque de cauſa, etiam ſanctas Eccleſias inuiſendi gratia, abſque expreſſa Procuratoris, vel Commiſſarij licentia, de Conuentu exire liceat, ſub Apoſtaſiæ pœna, ipſo facto incurrenda. Diem autem, quo acceſſerit, vel receſſerit, Procurator, vel Commiſſarius in libro ad hoc parato adnotet; nec Roma diſcedat, niſi eidem receſſum anteà ſignificet.

Ab ipſis exeundi licentiam petāt.

Diſceſſus tempus ab eiſdem notandum.

De non equitando. §. 8.

Cap. 3.

***E**T non debeant equitare, niſi manifeſta neceſſitate, vel infirmitate cogantur. In quamcunque domum intrauerint, primùm dicant: Pax huic domui: & ſecundùm ſanctum Euangelium, de omnibus cibis, qui apponuntur eis, liceat manducare.*

Vrb. VIII. Militantis Eccleſiæ. *S. Bonau. in Regul. Salm. c. 3. Neap. c 25 Vallisolet. 1593.*

1 **A**D eliminandum equitandi abuſum, præter antiqua Ordinis ſtatuta, ex nuperrima cōſtitutione S. D. N. Vrbani VIII. omnibus, & ſingulis Ordinis noſtri Fratribus, in virtute ſanctæ obedientiæ, & priuatione officiorum, quæ obtinent, ac perpetua inhabilitate ad quæcunquè officia, gradus, & dignitates impoſterum, ipſo facto incurrendis; præcipimus, & mandamus, nè abſquè manifeſta, vera, grauique neceſsitate, aut infirmitate, & abſque licentia Prouincialis, qui eam præſtare non poſsit ſine ſcripto neceſſitatis teſtimonio, ſibi à Guardiano, & Diſcretis Conuentus facto, vel in caſu vrgenti, Superioris localis de iudicio trium Diſcretorum, quorum conſcientias oneramus, in ſcriptis obtenta, equitare, bigare, aut quadrigare audeant, vel præſumant. Eaſdem pœnas, ſolis Miniſtro, & Commiſſario Generalibus aliquando ex rationabili cauſa remittendi, authoritate relicta.

Add.

Equitantiū pœnę.

Equitare, quibus conceſſum.

Vrb. VIII. ibidem.

2 Quos, cum Prouincialibus, Prouinciarum Commiſſarijs, & ad vrgentiora negocia deſtinatis, rogamus in Domino, atque monemus, vt in caſu vrgenti, & per Regulam permiſſo, memores paupertatis, humilitatis, & patientiæ Saluatoris noſtri, ac Seraphici Patris Franciſci, vilioribus deſpectiſque iumentis contenti ſint:

Add. Superiores, vt equitare poſsint.

ſint: Concedentes Prouincialibus, & Prouinciarum Commiſſarijs, vt vno, eoque vili iumento, pro ſe tantùm, non autem pro ſocijs, in neceſsitatis articulo vti poſsint, aliàs, ſi contrafecerint, ſuis officijs eò ipſo deſtituti remaneant.

Ibidem. 3 Fratrem autem ſine dictis cautelis equitantem, bigantem, vel quadrigantem Guardianus Conuentus, ad quem appulerit, ſub pœna ſuſpenſionis ab officio per ſex menſes, teneatur in communitate Fratrum diſciplina afficere, & in carcerem per tres dies recludere, ac Prouincialem de tranſgreſſione monere. Equitans ſine debitis requiſitis, carcerãdus.

Cong. Gen. Rom. 1603 4 [Viſitatoribus verò Prouinciarum, vt de hoc abuſu ſedulò inquirant, & in tranſgreſſores, per taxatas pœnas ſeuerè animaduertant, præcipimus, eorumque conſcientias oneramus. Add. In equitantes inquirẽdum.

Ibidem. 5 Et quia equitatio in Fratre minore, magnum ſæculo ſcandalum generat, præcipimus, vt nullus Frater, cuiuſcunque conditionis ſit, equo, iumento, curru, in publicas vias Ciuitatum, Terrarum, vel Hoſpitiorum negotietur, deambulet, aut iter faciat, ſub pœna carceris, & inhabilitatis ad omnia Religionis officia.] Equitantis per terras, &c. punitio.

De non recipiendis pecunijs.
§. 1.

Cap. 4. *PRæcipio firmiter Fratribus vniuerſis, vt nullo modo denarios, vel pecuniam recipiant per ſe, vel per interpoſitam perſonam. Tamen pro neceſsitatibus infirmorum, & alijs Fratribus induendis, per amicos ſpirituales, Miniſtri tantùm, & Cuſtodes ſollicitam curam gerant, ſecundùm loca, & tempora, & frigidas Regiones, ſicut neceſsitati viderint expedire, eo ſemper ſaluo, vt (ſicut dictum eſt) denarios, vel pecuniam non recipiant, &c.*

Tol. 1606. Rom. 1612 Cong. Gen. Rom. 1628 Tol. 1633. c. Exijt qui ſeminat. Clem. Exiui de ver. ſignif. Tol. 1633. Vrb. VIII. Salm. c. 4.

In Regula non eſt diſpenſatum. Addit. Ad declarationes Nicol. III. & Clem. V. tenemur.

1 DEclaramus [iuxtà multorum generalium Comitiorum ſententiam in nullo præcepto Regulæ hactenus diſpenſatum eſſe, nec Ordinem noſtrum vllam vnquã diſpēſationem admiſiſſe, vel admittere. Hinc, iuxtà Regulam, eiuſque declarationes, per Dominos Nicolaum III. & Clementem V. factas, quas ſolas Ordo noſter recepit, & recipit, quaſquè obſeruari, præcipuè circà paupertatem, ac ter in anno, cum his ſtatutis in Communitate legi volumus.]

Denariorũ, & pecunię receptio, prohibita, & punita.

2 Declaramus, nobis prohiberi receptionem denariorum, & eorum, quæ pretio æſtimantur, vel quorum vſum Fratribus habere non licet. Vndè, tanquàm proprietarium puniri præcipimus, qui denarios, vel pecuniam receperit, aut eos propria authoritate ad recipiendum, & in proprios vſus conuertendum quempiam ſubſtituerit.

Ibidem.

Et eorundē delatio, & cõtrectatio.

3 Vel eoſdem ſupra ſe, vel in pera, vel ſupra iumentum portauerit, aut eos propria manu contrectauerit, vel apud ſe, vel in cella, vel alibi, vel in ſæcularium manibus depoſitos habuerit.

Salman. c. 4. Valliſolet. 1593.

Syndici Apoſtolici inſtitutio, munus, & facultates.

Nicol. III. Martin. IV Nicol. IV. Martini V. Eugen. IV. Sixti IV. Tol. 1606. & 1633.

Add.

4 Cùm autem, pro Fratrum neceſsitatibus, omnia pro eiſdem oblata, vel relicta, ſiuè denarios, ſiuè pecunias, Syndici Apoſtolici recipere, & pro conſtructione, vel reparatione domorum, pro inſtauratione Eccleſiarum, ac rerum, ad diuinum cultum pertinentium, ſiuè pro neceſſitatibus Fratrum tàm ad victum, quàm ad veſtitum attinentibus, Apoſtolica authoritate, tanquam legitimi Procuratores Apoſtolici iuxtà placitum Superiorum Ordinis, expendere, diſtrahere, commutare, & alienare poſsint; [Quæ, diſpenſatio non eſt, ſed modus à Summis Pontificibus inuentus pro puriori Regulæ obſeruatione,] Declaramus, quòd Generalis, vel Prouinciales Miniſtri, non autèm Guardiani, poſſunt nominare aliquos extra Ordinem, ſicuti nominatos priuare, qui ſint veri, & legitimi Adminiſtratores, Æconomi, Syndici, Actores, & Procuratores,

ratores, cum facultate recipiendi quaſcunque res oblatas Fratribus, vel ad Ordinem pertinentes, earumque pretium, nomine Sedis Apoſtolicæ: illaſquè applicandi, & conuertendi in vtilitates Fratrum, iuxtà Regulæ, & declarationum ſupradictarum præſcriptũ, quotieſcunquè ab ipſis Miniſtris, vel Fratribus, de eorum licentia requiſiti fuerint.

5 Ac etiam procurandi in cauſis, pro rebus, & locis ad Eccleſiam Romanam ſpectantibus, & vſibus, Fratribus, conceſſis; nec non pro immunitatibus, priuilegijs, & iuribus tàm ad Fratres, quàm ad ipſorum loca, & Conuentus attinentibus.

Salm. c.4. 6 Quaprópter decernimus, & ordinamus quòd quilibet Conuentus, ſeù locus habeat Syndicum, & Procuratorem, cui omnes eleemoſynæ pecuniariæ, ſiuè procuratæ, ſiue relictæ integraliter conſignentur. *Syndicus ſit in quolibet Conuentu.*

Neap. c.16 7 Itèm, quòd ſine Procuratore, nihil emi, nihil vendi, aut de eleemoſynis prædictis, quouis prætextu diſponi poſſit, ſub pœna proprietatis. Sub qua pœna prohibemus, nè Guardianus, niſi in manu Syndici, vel ſubſtituti, de eiuſdem licentia, eleemoſynas pecuniarias teneat, vel per alienas manus expendat, &c. *Sine Syndico nihil vendi, vel emi poſsit. Eleemoſynæ in manus Syndici conſignandę.* (Salm. c.4.)

Ibidem. 8 Similiter, quòd inſtrumenta, contractus, aut cuiuſuis generis ſcripturæ, in quibus Fratres recepiſſe pecunias teſtentur, nullatenus fieri liceat, ſub pœna proprietarij. *Scripturæ ꝑ recept. pecunię à Fratribus, fieri nõ poſſunt.*

Ibidem. 9 Quòd ſi ſcriptura aliqua fieri oporteat, hæc forma ſeruetur, videlicet: *Tantam quantitatem pecuniæ pro N.N. ordinatam, vel legatam pro Fratrum neceſſitatibus, ab N.N. eſſe receptam, & plenè ſatisfactam teſtamur.* *Niſi in hanc formam.*

Ibidem. 10 Nemo, ſine ſui Superioris licentia, eleemoſynam pecuniariam pro ſe, vel pro alijs Fratribus quærere, aut accipere audeat, ſub pœna proprietarij. Qua etiam puniatur, qui ſine Superioris licentia, eleemoſynam pecuniariam in manu Syndici Apoſtolici tenuerit. Necnon, qui quouis modo debita contraxerit. *Pecuniam ſine licentia quęrere, proprietas eſt.* (Salm. c.6.)

Salm. c.4. 11 [Sub excommunicationis pœna, contràfacientibus ipſo facto incurrẽda, vltrà pœnas in proprietarios ſancitas, vt omnes, & ſingulæ capſulæ, vel arculæ, ſeu *Add. Capſulę ab Eccleſijs exterminandæ.*

cippi,

Cong. Gen. Rom. 1615 & altera 1628. de mandato S.D N. Vrban. VIII.

cippi, ſiuè diſci, vel alia vaſa quocunque nomine appellentur, etiamſi Confratriarum ſint, diſpoſita ad colligendas, inferẽdas, vel aſſeruandas pecuniarias fidelium eleemoſynas, ſub quocunquè prætextu, à noſtris Eccleſijs, Sacriſtijs, vel Conuentibus, auferantur, & nullo vnquam tempore collocentur præcipimus, & mandamus.]

Cong. Gen. Rom. 1628 — Add. Denarij in Conuentibus non recipiantur.

12 [Nequè licitum ſit Syndico, vel Procuratori, in ijſdem Eccleſijs, Sacriſtijs, vel aliquo alio Conuentus loco, denarios, vel pecunias recipere ſub quocunque prætextu. Guardianus, vel Vicarius, aut Sacriſta, qui id permiſerint, vel ſi pecunias per Tertiarium, aut Seruitorem in Conuentu receperint, & ad Syndicum deferri iuſſerint, ſuis officijs priuentur.]

Cong. Gen. Rom. 1615 — Add. Nec inter concionandum, petendi.

13 [Quam pœnam ſubeant ijdem, qui intra Eccleſias noſtras, quouis prætextu, aut titulo, ſiuè inter prædicandum, ſiuè alio quouis tempore; eleemoſynas pecuniarias, peti, aut fecerint, aut permiſerint.]

Rom. 1612 — Add.

14 [Quòd ſi Fratres id procurauerint, carceri mancipentur per menſem integrum, & confuſibiliter ab illo loco eijciantur.]

Ibidem. — Add. Nec in plateis, & vicis.

15 [Si qui in plateis, vel vicis ſteterint ad eleemoſynas petendas à prætereuntibus, vt pro hærbis, vel fructibus, aut alijs venalibus, quæ apud ſe empta habent, pretium ſoluant, nulla interpoſita appellatione carceri mancipentur per menſem, & Guardianus, qui iuſſerit, vel conſenſerit, priuetur officio.

Ibidem. Nicol. III. Clemen. V. Expoſitores Reg. Salmant. c. 4. Vallisolet. 1593. — Add. Modus ad pecuniam recurrendi.

16 [Nullus ad pecuniam recurrat, niſi exiſtente vera, præſenti, vel imminenti propria neceſsitate, quam anteà ſuo Prouinciali manifeſtet, & de illius licentia in manu Syndici tantùm reponi, & eius interuentu expendi faciat. Quòd ſi neceſsitas vrgeat, & Prouincialis haberi non poſsit, id faciat de conſenſu, & licentia Guardiani; ſi autem antèquam expendatur pecunia, Prouincialis adeſſet, teneat ipſum, vt ſuprà, conuenire. Qui aliter pecuniam habuerint, vel expenderint, in pœnas proprietariorum, incurrant.]

Eugen. IV. S. Bernardinus. — Neceſsitatis iudiciũ ad Prelatos ſpectat.

17 Neceſsitatis autem iudicium ad Prelatos ſpectat, cui in dubijs ſtare, ſub peccato inobedientiæ, aut temeritatis, & alijs cenſuris, & pœnis, arbitrio Superiorum im-

B. Io. à Capiſtran. & alij, aliquos articulos examinantes, in Generali Cap. Aſſiſinat.

imponendis, ſubditi omninò teneantur. Cùm enim neceſſitas attendi debeat, ſecundùm qualitatem perſonarum, varietatem temporum, & locorum conditionem, non ità facile eſt, neceſſitatem à ſuperfluitate, vel curioſitate, diſcernere, ideo per Summos Pontifices, & Regulæ expoſitores rationabiliter cautū eſt, vt non per ſubditos, ſed per Prælatos, talis neceſſitas iudicetur: ſuperfluitates ſiquidem, vel curioſitates in aliquibus locis introductæ, non offendunt Fratres illis in aliqua neceſsitate vtentes, vel ad vitandum ſcandalum; ſed eas introducentes, vel introduci conſentientes, aut negligentes obuiare, ſi poſſunt.

Relaxationes introductæ quibus nocent.

18 Quòd ſi euidens ſit, Prælatos in ijs malè ſe habere, & Regulam non obſeruare, tunc ad Superiorem recurrere, illiquè tranſgreſſionem, ob zelum, ſignificare, ſubditis eſt conceſſum.

Declarat. Apoſt. ſup. Regulam. Valliſolet. 1593.

19 Dum autem dicitur: *pro neceſsitatibus infirmorum, & alijs Fratribus induendis: Miniſtri tantùm, &c.* etiam ad Superiores locales pertinere decernimus.

Ad Guardianos, in neceſsitatibus etiam recurrere poſſumus.

Quomodo cum Prouincialibus agendum ſit. §. 2.

Salm. c. 4.

1 PRimò. Monendi ſunt, quòd omnis eleemoſyna pecuniaria oblata, procurata, vel relicta Fratribus, quòad proprietatem, & dominium, ad S. Rom. Eccleſiam pertinet, vel, donec in vſus Fratrum conſumpta non fuerit, ad donatores ipſos.

Pecunia omnis eſt ſub Eccleſię Romanę proprieta...

Ibidem.

2 Secundò. Quòd eam cuſtodire debent, vt cum neceſſe erit, iuxta Dantium, vel Eccleſiæ expreſſam, aut interpræ tatam voluntatem, in Fratrum neceſſitatibus expendant, quas Superiores ſignificauerint. Caueant tamen Superiores, nè tanquam Domini, pecunias expendi præcipiant, ſed vt pauperes eleemoſynam petentes, Syndicos rogent, vt expoſitis neceſsitatibus ſuccurrere velint.

Et illius nomine expēdi debet Procuratoribus.

Ibidem.

3 Tertiò. Quòd etiam de rebus, quas vendi, & commutari oportuerit, & pretium in neceſsitates Fratrum,

Ac etiã venditiones, & cōmutationes fieri deben..

trum, de voluntate Superiorum, conuerti, id faciant nomine Dantium, vel Sedis Apoſtolicæ.

Ibidem. 4 Quartò. Si contingat, ad ſublenandam Fratrum neceſſitatem, Conuentus debitis aggrauari, de eleemoſynis, quæ Fratribus aduenerint, debita ipſa ſoluere, & Creditoribus ſatisfacere poterunt; Debita per Syndicos ſoluenda.

Ibidem. 5 Quintò. Non exiſtentibus apud Syndicos eleemoſynis, ſi cogantur Fratres debita ſoluere, rogentur Procuratores, vt tanquam amici ſpirituales, ea ſoluere velint, ſuas pecunias ex futuris eleemoſynis recepturi. Quamuis Fratres, nec mutuum accipere, nec debita ciuili obligatione contrahere poſſint; ſed tantùm dicere, quòd enitentur, de congeſtis eleemoſynis ſoluere, & ſatisfacere. Syndici, poſſunt eſſe aliquãdo amici ſpirituales.

Ibidem. 6 Caueant Fratres, nè computum iuridicum, tanquam domini à Procuratoribus exigant, ſed tantummòdo ad experiendam fidelitatem ipſorum (ad quam exhortandi ſunt) valeant cum eis computum naturalem facere, vnde neceſſitas Fratrum poſſit etiam maniſeſtè conſtare. Computus iuridicus cũ Syndicis, interdictus.

De laboritio, eiuſque mercede.

§. 1.

Cap. 5. F*Ratres illi, quibus gratiam dedit Dominus laborandi, laborent fideliter, & deuotè, ità quòd excluſo otio animæ inimico, ſanctæ orationis, & deuotionis ſpiritum non extinguant, cui debent cætera temporalia deſeruire. De mercede verò laboris, pro ſe, & ſuis Fratribus corporis neceſſaria recipiant, præter denarios, vel pecuniam, & hoc humiliter ſicut decet ſeruos Dei, & paupertatis ſanctiſſimæ ſectatores.*

Vall'ſolet. 1593.

1 NE in noſtra Euangelica paupertate, quantùm fieri poteſt, fidelibus oneri ſimus, otiumquè animæ inimicum, pro viribus excludamus, omnibus Fratribus, præſertim iuuenibus iniungimus, vt in honeſtis laboribus, de Superiorum iudicio, occupentur; itá tamen, vt orationis, & deuotionis ſpiritum non extinguant. Quarè no[t]abiliter otioſos, voce actiua, & paſſiua priuamus, aliſquè pœnis, Superiorum arbitrio, pro negligentiæ, & contumaciæ modo, ſubijcimus.

Fratres laboribus occupentur.

Ibidem. Salmant. c.4.

Salmant. c. 5. Nicol. III. Clem. V.

2 In quibus, deditos ſtudijs, orationibus, diuiniſquè officiis, ac miniſterijs, ſecundùm apoſtolicas conſtitutiones, non includimus, ſed hortamur.

Studijs, choro, & orationi addicti, laborare nō tenētur, niſi in caſu.

Vall'ſolet. 1593.

3 Niſi illa exercitia ſint, quæ, de more, hora competenti, vel ex occaſione, omnibus in communi præſcribuntur; ad quæ, ſub dictis pœnis, omnes volumus conuenire.

Salmant. c. 5.

4 Laboris verò merces (ſi pecuniaria fuerit) per ipſos ſoluentes, Apoſtolico Syndico conſignetur; ſin minus, Superioribus integrè aſsignetur; contraueniens, proprietarius eſto.

Laboris merces ſyndico aſsignetur.

Ibidem.

5 De mercede autèm, pro neceſsitatibus Fratrum ſubleuandis in communi, prouideant Superiores, præcipuè laborantium, ſi indicauerint expedire.

Et Fratris neceſsitatibus applicetur.

De laboritijs ad honeſtatem pertinentibus. §. 2.

Valliſolet. 1593.

1 LAboritia, & negocia, quæ Regulæ puritati, aut religioſæ honeſtati, vel Regularibus inſtitutis quoquòmodo repugnant, omninò prohibemus.

Labores, qui vetiti.

Extr. cōm. de crim. falſi.

2 Et in primis Alchimiam tantòpere deteſtatam, & alias quaſcunquè doctrinas, & artes ſuſpectas, quæ

Alchimia prohibita.

Salm. c.5. Vallisolet. 1593.

publicè docere non licet, & ab Eccleſia reprobatæ ſunt: Et qui ſimilia diſcere, aut docere, aut exercere, vel libros, & ſcripturas talia continentes retinere auſus fuerit ſententiam excommunicationis ipſo facto incurrat: De his autem legitimè conuictum, aut reum iudicatum voce actiua, & paſſiua perpetuò priuamus, & arbitrio Prouincialis carceribus mancipandum decernimus, ac vlterius puniendum pro qualitate delicti.

3 Nullus, puerorum, aut ſæcularium ſcholas, ſiuè in Conuentu, ſiuè extrà, regere vllo modo audeat, ſi ſecùs fecerit, actibus legitimis trienniò careat. *Scholas ſæcularium ducere.*

Ibidem. 4 Nec alicui liceat artem Medicam, extra Ordinem quouis modo exercere, aut pulſum, vt Medicus tangere, aut ſyruppos, aut pharmaca ordinare. Qui contrafecerit, actibus legitimis bienniò careat, & carceri etiam mancipetur arbitrio Superioris. *Ars Medica prohibita.*

5 Prohibemus omninò, nè Sportulas, Pileos, vel Galeros, aut Coronas, vel quidquam de bombice, lana, iunco, aut palea, vel tornatile cuiuſcunque generis venale quis faciat, ſine expreſſa licentia Generalis, aut Prouincialis, ſub pœna proprietarij, vel alia grauiori, Superioris arbitrio; declarantes, quòd licentia Superioris, nunquam intelligitur data pro venalibus, ſed pro communitate, vel pijs cauſis. *Opera manualia, quæ fieri non debent.*

De Oratione. §. 3.

Salm. c.5. Vltramont. c.2. Neap. c.2. Vallisolet. 1593.

1 VT Orationis exercitium, iuxtà laudabilem Ordinis conſuetudinem, & conſeruetur, & augeatur; præcipimus, vt poſt Completorium, omnes tàm Clerici, quàm Laici, & Sacerdotes, per ſpatium horæ dimidiæ, Orationi mentali deuotè inſiſtant; quod ſimiliter faciant poſt Matutinum per totius anni circulum à feſto Inuentionis S. Crucis, vſque ad eiuſdem Exaltationem, tunc nàmque, propter breuitatem noctis, Oratio, quæ fit poſt Matutinum, ad Nonam transferri poterit. *Orationi mentali, tēpus præſcribitur.*

2 Antè Orationis initium, alicuius libri ſpiritualis lectio ſemper habeatur, quæ meditationis materiam, & deuotionis fomenta miniſtret. *Orationem lectio præcedat.*

3 Vt

Valliſolet. 1593. 3 Vt autèm dictis temporibus oratio fiat, Superiores locorum exemplo præibunt, qui, ſi negligentes fuerint, & admoniti, non ſe emendauerint, actiua, & paſſiua voce priuentur, & grauius etiam puniantur, Prouincialis arbitrio. *Superiores exẽplo præeant.*

Ibidem. Salm. c. 5. 4 Qui non ſolùm hæc exequi curabit, ſed etiam, vt Sacerdotes quotidiè celebrent, vt Clerici, & Laici, ſingulis ſaltèm octo diebus; in Quadrageſima verò, & Aduentu, bis in hebdomada communicent, & omnes etiã Sacerdotes bis ſaltem in hebdomada Superiori, aut alteri Ordinis Sacerdoti approbato, & illi aſſignato confiteantur. *Sacerdotes quotidie celebrent. Alij communicent.*

Salmant. c. 5. 5 Quouerò ad culpas, & diſciplinas, ſtatutis diebus, ſecundùm conſuetudinem cuiuſcunque Prouinciæ dicendas, & agendas, præcipimus, vt omninò ſeruentur, ſub grauioribus pœnis, contrafacientibus, & negligentibus infligendis. *Culpæ, & diſciplinæ ſtatis diebus dicantur, & fiant.*

De Studijs: §. 4.

Salmant. c. 5. Neapol. c. 50. 1 CVm ſtudia ſacrarum literarum, Eccleſię Dei, & Religioni noſtræ, ornamẽto, & commodo ſemper extiterint, decernimus, & mandamus, vt Prouinciales Miniſtri, in ſuis Prouincijs, ſuper ſtudiorum reformatione ſemper inuigilent, & Studentibus, & Lectoribus, quæ neceſſaria erunt, per locorum Superiores, & Procuratores Conuentuum quantùm per poſsibilitatem licebit, prouidenda curent, &c. *Studijs ſuperiores inuigilent.*

Valliſolet. 1593. 2 Quia verò, ad Regularis diſciplinæ cõſeruationẽ apprimè cõducit, Studentes in propria retinere Prouincia, volumus, vt in qualibet Prouincia tria ſaltem ſtudia inſtituantur, nẽpè Logices, Philoſophiæ, & Theologiæ, & quæ, tot ſtudia non habuerit, careat nomine Prouinciæ, fiatque Cuſtodia, & applicetur alicui Prouinciæ, ex qua poſsit habere Prædicatores, Confeſſarios, & Sacerdotes. *Studia tria in qualibet Prouincia.*

Valliſolet. 1593. Trid. ſeſ. 5. c. 1. de Ref. 3 Statuimus, vt in præcipuis Religionis Conuentibus, ſit lectio moralis Theologiæ, qua caſus conſcientiæ doceantur, ad quam omnes Sacerdotes, hora ſigni- *Moralis Theologia, doceatur, ac ſacra Scriptura.*

Cle. VIII. de Refor. num. 2. Tol. 1633. ficanda, conuenire debeant, ità vt ſaltèm bis in hebdomada proponantur caſus. In Eccleſijs quoquè Conuentuum noſtrorū præcipuorū, præſertim vbi frequēs eſt populi cōcurſus, diebus Dominicis, & feſtis per annum, lectio ſacræ Scripturæ habeatur. Guardiani negligentes ſuſpendantur ab officio, ad arbitrium Superioris, & contrà facientes in Viſitatione puniantur.

Neap. c. 50. 4. Vt verò Studentes commodius incumbere valeāt ſuis ſtudijs, concedimus, vt ab horis primæ, & Completorij, atquè à funeralibus, & Miſſis extrà Conuentus celebrandis omninò exempti ſint. **Studentes à Prima, & Completorio exēpti.**

Rom. 1639. 5 Nè verò in vanum tempus terant, bis, ad ſummū, in menſe Studentes exire poſsint è Conuentu, quod à Guardianis diſpenſari nō poſſit, ſub graui pœna, ad Prouincialis arbitrium; niſi legitima, & vrgens neceſsitas aliud ſuadeat, & tunc non aliter, niſi de conſilio, & conſenſu Diſcretorum Conuentus, & cum ſocio probatæ vitæ, qui non ſit Studens. Si quis Studentium aliquem defectum commiſerit, ſalutaribus pœnitentijs in eodem Conuentu emendetur; ſi ſcandalum, aut inſolentiam, de Superioris localis & Lectorum conſilio, mittatur ad præſentiam Prouincialis, ſtudio omninò priuandus. **E Conuētu, niſi bis in menſe exeant.**

Valliſolet. 1593. 6 In quolibet ſtudio, Lectores duo, & ſciētia, & moribus præſtantes, in Generali Capitulo, aut per Superiores Generales, ex quacunque Prouincia deputentur. **In quolibet ſtudio, Lectores duo deputētur.**

Vltramon. c. 4. Valliſolet. 1593. Cap. Gen. Rom. 1612. 7 Et quia concertatio ſcholaſtica inter Doctorem Subtilē, & alios, omninò vtilis, & proficua ſemper fuit Eccleſiæ, & Religioni noſtræ Seraphicæ, præcipimus vniuerſis Lectoribus, vt doctrinā Scoti [ſcriptis tamen compræhenſam, abbreuiatam, & ordinatam, explicare ex profeſſo conentur,] & materias prolixas omninò relinquant, vt tempore lectionibus audiendis præfixo generalem ſcholaſticæ diſciplinæ cognionem Studentes habere poſsint. **Scoti doctrina traditur. Add.**

Valliſolet. 1593. 8 Si qui autem Lectores, Seraphici S. Bonauenturæ lectionem aliquando interſerere, & tradere vellent, piè, & vtiliter actum videretur. **Immiſceatur etiam S. Bonauentura.**

9 Lectores Logicæ, & Philoſophiæ, ſpatio trium annorum doceant, quæ ad Theologiam audiendam, neceſſaria eſſe iudicabuntur, & ab eis authoribus erudi- **Triēnio Lectores materias doceāt philoſophicas.**

tionem

tionem hauriant, quos ad doctrinam Scoti aptiores eſſe iudicauerint.

Valliſolet. 1593. — Quadriennio theologicas.

10 Lectores verò Theologi, quatuor annorum curriculo, quatuor libros ſententiarum Scoti interpretari conentur, bis in hæbdomada repetitiones faciant, & in fine cuiuslibet menſis, publicas Concluſiones, ex auditis lectionibus, Studentes propugnabunt, & Lectores in fine, ſingulis annis, ſolemnes, & publicas Concluſiones in Eccleſia defendere teneantur.

Ibidem. — Lector non inſtituatur, niſi Concluſiones propugnauerit.

11 Nullus Studentium Lector fieri poſſit, niſi completo curſu, Concluſiones generales publicè anteà defenderit, & Lectorum ſuorum ſcripto teſtimonio, de ſufficientia, & morum probitate ſit approbatus.

Ibidem. — Theologiã nõ legat, niſi Philoſophiam antea docuerit.

12 Qui in Lectorem ſic inſtitutus fuerit, Theologiã legere non poſſit, niſi prius Philoſophiæ, & Artium curſum, per ordinem abſoluerit.

Rom. 1587. Valliſolet. 1593. — Studentes, cõfeſſiones non audiãt, nec prædicent.

13 Studentes, tempore ſtudij, nec ad Confeſſiones ſæcularium, nec ad Verbi Dei prædicationem admittantur, niſi tres annos ſacræ Theologiæ eos ſtuduiſſe, Prouincialibus conſtiterit.

Valliſolet. 1593. — Lectores, bis in menſe vacare poſſunt.

14 Ad refocillandas autèm vires, bis in menſe vacare, & è Conuentu, cum licentia Superioris, exire Lectoribus indulgemus; Cæteris autèm temporibus, ſuo muneri non deeſſe, niſi legitimè impediti fuerint, omnes, & ſingulos admonemus.

Salm. c. 5. Aquil. 1559. Valliſolet. 1593. — Grammatica aliquãdo doceatur.

15 Deſtinati in Capitulis, ad docendam Grammaticam, illam, per obedientiam docere teneantur, aliàs ſuffragijs priuentur, & è Prouincia expellantur. Quod ſi ſtudiosè præſtiterint, officijs ordinis decorentur.

De Lectoribus Iubilatis. §. 5.

Urb. VIII. Cũ ſicut accepimus. Cle. VIII. Tol. 1633. Neap. c. 50. — Add. Iubilationis ſeries, & modus.

1 Nullus poſt hàc ad Iubilationem admittatur quin prius iuxtà Apoſtolicas, & Ordinis ſanctiones, Logicam, & Philoſophiam, tres annos, & Theologiam decem, abſque vlla intermiſſione docuerit, vel, ſi intermitti contigerit, duodecim annos Theologiæ Lector extiterit.

2 Quiquè teſtimoniales ſingulorum annorum literas,

ras ,quibus tot annos docuiſſe monſtretur, Guardiani, & Diſcretorum manu firmatas , ſigilloquè Conuentus munitas, ac in publico Archiuio (vt facilè reperiri poſſint) aſseruatas non oſtenderit.

3 Theologiam autèm in ſtudijs, à Capitulo, vel Congregatione Generalibus deſtinatis, & pro Generalibus ,habitis, docuiſſe oportebit.

4 Qui aliter iubilauerit,illius iubilatio eò ipsò nulla ſit, & nulliter iubilatus cenſeatur; Superioreſquè, qui tales Iubilationes, contrà præſentium ſtatutorum ſeriem , promouerit, pœnis, arbitrio Sedis Apoſtolicæ reſeruatis , puniantur. Iubilatio aliter facta,eſt nulla.

Rom.1612 5 Vt autèm Iubilatorum numerus reſtringatur; iuxtà diſpoſitionem Capituli Generalis Romani ann. 1612. decernitur, vt pro vno quoque ſtudio Generali, in ſingulis Prouincijs exiſtente , duo tantùm Lectores Iubilati eſſe poſſint, quorum altero deficiente, ſufficiatur ille, qui lectionis curſum prius abſoluit. Iubilati Lectores duo pro quolibet ſtudio generali.

Neapolit. c.50. 6 Qui verò, ſecundùm ſuperiores regulas docuiſſe conſtiterit, eorum priuilegijs, exemptionibus, & prærogatiuis, in omnibus, & per omnia gaudeat, quibus illi gaudent, qui Miniſteriatus officio functi ſunt. Iubilatorū priuilegia.

De omnimòda rerum abdicatione.

§. I.

Cap.6. *FRatres nihil ſibi approprient, nec domum, nec locum, nec aliquam rem ,ſed tanquàm peregrini, & aduenæ in hoc ſæculo , in paupertate, & humilitate Domino famulantes, vadant pro eleemoſyna confidenter; nec oportet, eos verecundari, quia Dominus, pro nobis ſe fecit pauperem in hoc mundo. Hæc eſt illa celſitudo altiſsimæ paupertatis, quæ vos chariſsimos fratres meos, hæredes, & Reges regni cælorum inſtituit, pauperes rebus fecit, virtutibus ſublimauit. Hæc ſit*

portio

portio veſtra, quæ perducit in terram viuentium; Cui dilectiſsimi fratres totaliter inhærentes, nihil aliud pro nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti, in perpetuum ſub cælo habere velitis.

Trid. ſeſſ. 25. c. 1. & 2. Cle. VIII. de Refor. num. 8. 9. & 10. Vallisolet. 1593.

1 IN primis, vt paupertas, omnium cõmunitate ſeruetur, præcipimus, vt in cibo, potu, & veſtitu, cæteriſquè ad regulare inſtitutum ſpectantibus, nulla differentia intercedat, nec vllus alijs (niſi neceſſitas poſtulet) præferatur; meũ, & tuum, frigidum illud verbũ paupertatis inimicum non audiatur, nec conceſſum, etiam ad neceſſitatem, quiſquã tanquam proprium poſſideat, ſed eo, nomine communitatis vtatur. — Paupertas communitatem expoſcit.

Vallisolet. 1593. Cle. VIII. de Reform. num. 16. & 17.

2 Communi loco, & tempore, omnes, etiam Superiores, quantùm per occupationes licuerit, comedant, & bibant, communi etiam loco dormiant, præter hoſpites, & valetudinarios. Prohibentes omninò in quorumcunque ſanorum Fratrum lectis linteamina, ſeu ſyndones, quæ infirmis ſolummodò conceduntur. — Superiores communitatem in omnibus ſeruent.

Neap. c. 8.

3 Qui ſupradictas communitates nõ ſeruauerint, ad omnia Religionis officia inhabiles declaramus, & iam promotos, ſi ſe non emendauerint, vt Prouinciales eos officijs deſtituant, & in futurum inhabiles declarent, præcipimus, & mandamus. — Secus, inhabiles ad officia ſint.

Salm. c. 6.

4 Qui locũ ſibi appropriat, ideſt qui poſt acceptã recedendi licentiam, remanere in aliquo loco procurat. Quiuè extraneos, ſiuè ſubditos, ſiuè Superiores in loco natiuo habere recuſat, is, tanquàm proprietarius, puniatur, & ab illo loco confuſibiliter expellatur; Quod etiam de cellis ſancimus. — Locum, & cellam appropriare, quid ſit.

Salm. c. 6.

5 Si contingat, aliquem Fratrem aliò ire, cellæ, vel arculæ, ſi quam habet, clauem Superiori, vel alteri fratri, de eius licentia conſignet, ſub pœna proprietarij, Prouincialis arbitrio. — Clauem cellæ, vel arcæ ſecũ ferre, proprietas.

Ibidem.

6 Si quis libros, aut alia quæcunquè, ſuo vſui à Superiore aſsignata, apud ſæculares, ſine Superioris licentia — Itẽ res apud ſæculares deponere.

centia

centia depoſuerit, vt proprietarius puniatur.

Ibidem. 7 Ad tollendam proprietatis occaſionem, Superiores inuigilent, vt communi loco omnes veſtes laneæ, & lineæ ſemper aſſeruentur, præcipuè in principalioribus Conuentibus, duobus, aut pluribus Fratribus aſsignatis, qui eas cuſtodiant, purgent, reſarciant, & pro neceſsitate diſtribuant. Communitates veſtiũ inſtituãtur

Rom. 1652 8 [Guardiani autèm hoc negligentes, priuentur officio.] Add.

Ibidem. 9 Curent etiam, vt in quolibet Conuentu, aliquis librorum numerus ſit, nè Prædicatores, & qui ſtudijs vacant, ſecùm libros deferre cogantur. De libris prouideatur in bibliothecis.

10 Quaprôpter, Fratrum decedentium libros Prouinciales bibliothecis applicent, prout publicæ vtilitati, de Patrum conſilio, expedire iudicauerint.

Neap. c. 24 11 Nè verò libri pereant, per Superiores locorum, & Diſcretos in Inuentaria referantur, accepta etiam cautione, eorum, quibus accommodantur, proria manu ſignata. Librorum inuentariũ.

Ibidem. 12 Præterea, in virtute ſanctæ obedientiæ, & ſub pœna ſuſpenſionis ipſo facto incurrenda, mandamus, vt nemini liceat, per ſe, vel per alios quoſcunque ſub quouis prætextu libros prædictos vendere, alienare, commutare, donare, aut quouis modo diſtrahere, ſed omnes, ad quos ſpectat, reddere, cum è Conuentu receſſerint, teneantur. Libri non alienentur.

Vallisolet. 1593. 13 Quæ autèm de Bibliothecis formalibus ſancita ſunt, ad præſcriptum Conſtitutionum Apoſtolicarum ſeruentur. Libri è bibliothecis non extrahantur.

Sixt. V. cũ moderatione Clem. VIII. Ad inſtantiam Card. Matthæi. 14 Nullus eleemoſynam largiri, eſculenta, vel poculenta, veſtes, vel cuiuſuis generis bona dare, donare diſtrahere, ſub pœna proprietatis audeat, vel præſumat; Qua pœna mulctetur, qui per ſe, vel per interpoſitam perſonam, debita contraxerit, aut libros, vel res alias ſuo vſui conceſsas, pignori dederit. Caueant etiam Guardiani, nè grauibus debitis Conuentus onerent, niſi cum licentia Prouincialis, & Diſcretorum conſenſu, ſub priuatione officiorum, & inhabilitate impoſterum. Dona dare, prohibitũ. Sicuti debita, & pignora contrahere.

Vallisolet. 1593. Salmant. c. 6. Cle. VIII de largit. muner. Vallisolet. 1593. 15 Sicut etiam, qui veſtimentum à Prouinciali ſibi aſſi-

aſſignatum, in aliud commutauerit, vel vendiderit, & inſuper ſequentis anni veſtimenti portione priuetur. *Veſtimenti alienator, punitur.*

Ibidem. 16 Nec liceat, pro veſtimento, pecuniam dare, ſub pœna proprietatis dantibus, & recipientibus. *Pro veſtimẽto, pecuniā dare prohibitum.*
Rom. 1612 [Et inſuper Superior dans pecuniam pro habitu, vel tunica, ſit ipſo facto indiſpenſabiliter priuatus officio.] *Add.*

17 Guardiani, qui ſine interuẽtu Diſcretorum Conuentus, rem aliquam alicuius ponderis miſerint ad alium Conuentum, à Prouinciali grauiter puniantur. *Res à Conuentu in Cõuentum trāſferre, vetitum.*
Rom. 1612 Cle. VIII. de larg. mā. cum decl. Vrb. VIII. [Similiter, qui ad ſingularem aliquem Patrem, vel Fratrem dona miſerit, ſecundùm Decretum Pontificium vltimò declaratum, puniatur.] *Add. Donans alicui Patri ſine licentia, vt puniẽdus*

Rom. 1600 18 [Præcipimus omninò, quarumcunque rerum proprietatem ab omnibus Fratribus eſſe auferendam, omnemquè ſuperuacuam ſupellectilem prorſus tollendam; nec deinceps aliam ſupellectilem Frater aliquis habere audeat, niſi quam ſuus Guardianus ei conceſſerit; in quo Superiorum omnium conſcientias oneramus.] *Add. Superfluum, Fratribus auferendum.*

Cong. Gen. Rom. 1615 Cap. Gen. Rom. 1625 7 [Propterea præcipitur omnibus Guardianis, ſub pœna priuationis officiorum, vt ſingulis menſibus, aſſociati duobus Patribus Diſcretis, ex ſenioribus Conuentus, cellas Fratrum omnium viſitent, & omne ſupellectile, veſtitus, librorum, imaginum, & omnium aliorum, ad communem vſum conceſſorum proprijs oculis videant, & ſolùm illa permittant, quæ vſum pauperem decent, in quo eorum conſcientias oneramus. *Add. Guardiani, ſingulis mẽſibus cellas viſitent.* Declarantès, quòd horologia aurea, aut argentea ſuperflua, omninò ſunt prohibita. [Sicut etiam curioſa, vt ſcriptoria, Imagines pretioſæ, profanæ bibliothecæ oſtentationi potius, quàm vtilitati deſeruientes.] Crepidæ, anaclinteria, linteamina; interulæ, &c. *Curioſa, & vana non permittant.* *Add.*

Ibidem. 20 Qui verò, vltra id, quod ſibi permiſſum fuerit à Guardiano, & Diſcretis, aliquid habere præſumpſerit, declaratur proprietarius. Cellas verò Patrum Ordinis, & illorum, qui Miniſtri fuerint, Miniſter Prouincialis, & Superiores omninò tempore Viſitationis viſitabunt eodem modo, ſuper quo etiam Generalis ſedulò per ſe, & per ſuos Viſitatores incumbent. *Add. Alia, vltra cõceſſa procurans, proprietarius.*

21 [Aromatariæ noſtræ, ſub pœna proprietatis, &

I pri-

Cong. Cm. Rom. 1628 de mãdato Vrb. VIII. priuationis officiorum, Superioribus ipſo facto incurrendis, nihil, vel minimum venale exhibeant, ſed tantùm, ad vſum Fratrum conſeruentur. Add. Aromatarij nihil vendant.

De Domibus, & Pratis non locandis. §. 2.

Nicol. III. Clem. V. Salm. c. 6. Valliſolet. 1593. 1 CVm, iuxtà Pontificias declarationes, locare aliquid in ordine, non poſsimus, ſub pœnis in proprietarios ſancitis, decernimus, nè Terrulæ, Prata, Viridaria, Domus, præſertim Conuentuum, qui extrà Ciuitates, & Terras, ex quauis cauſa deſtructi ſunt, etiam per Syndicos Apoſtolicos, locentur, &, ſi quæ fuerint iam locata, non perſiſtant, ſed vt omninò diſſoluantur, & reſcindantur, firmiter præcipimus, & iubemus; quibus Prouinciales ſubiaceant, ſi quid horum ſcienter admiſerint, vel permiſerint. Horti, prata &c. non locentur, ſed alienentur.

Cong. Gen. Rom. 1615 Rom. 1625 Ex iiſdem. 2 [Si qua autem domus, aut vinea ad vinum faciendum, etiamſi ſit vnita Conuentui, vel aliud ſimile, quod proprietatem redoleat, ob negligentiam, aut inaduertentiam in aliquo Conuentu conſeruatur, ſi illi fuerit adnexa aliqua obligatio Miſſarum, ſtatim hæredibus libera relinquatur: ſi verò ſine vllo onere, ſtatim per Syndicum Apoſtolicum vendatur, & precium in communem vtilitatem conuertatur, ſub priuatione officij Superioribus, & pœna proprietatis ſubditis: Vineæ autem vnitæ Conuentibus ad fructus, non ad vinum deſeruientes permittuntur.] Add. Stabilia pro miſſarum onere renũcientur. Vineæ, ad fructus, non ad vinum permittuntur.

3 Prohibemus etiam, nè intra locorum ſæpta frumentum, vel aliud cuiuſuis generis triticum ſeminetur, ſed tantùm olera, fructus, & fœnum pro iumentis, in vſus Fratrum colligi poſsint; nec ex ijs aliquid venale exponatur, etiam per manus Syndicorum, ſub pœna proprietatis tàm ſubditis, quàm Superioribus contrafacientibus. Semina, niſi pro iumentis, & oleribus non ſerantur.

4 Qui arbores fructiferas, vel ad ornatum, ſine rationabili licentia, Prouincialis ſcripta inciderit, Superiores officio, ſubditi voce actiua, & paſsiua per triennium deponantur. Incidentib. arbores, pœna.

De

De depoſitis non recipiendis.

§. 3.

Salmant. c.6. 1 EVangelicæ paupertatis ſtatui, & Conuentuum quieti proſpicientes, prohibemus, nè in locis noſtris, Aurum, Argentum, ſeù aliud quidpiam pretioſum, depoſiti nomine reponatur, niſi ſine ſcandalo ſæcularium, vel graui Fratrum damno negari non poſſit. Depoſita nõ recipiantur, niſi adeſſet ſcandalum.

Ibidem. 2 Et tunc non fiat niſi, de Diſcretorum conſilio, & Superioris licentia, & Depoſita videantur à Fratribus, qui ſciant, cui, & qualiter reddi debeant, & hæc omnia, ſcriptura authenticata, & deponentis ſigillo, proteſtatione ſemper præmiſſa, quòd Fratres ad cuſtodiendum depoſita nullatenus ſe obligare intẽdunt, ſicuti nec poſſunt, nec debent. Quæ depoſita loco communi, & tuto per Superiorem aſſignato ſemper aſſeruentur, vt eo modo, quo accepta fuerint, reddantur, cautione anteà per Fratres recepta &c.

De computis, ſingulis menſibus reddendis. §. 4.

Neapol. c.16. Salmant. c. 6. Cong. Cer. Rom. 1615 1 SIngulis menſibus, per locorum Superiores, coràm Fratribus capitulariter congregatis, eleemoſynarum receptarum, & expenſarum computus reddantur. Negligentes, à Prouincialibus deſtituantur officio, & grauius etiam puniantur. Eleemoſynarũ receptarum computus.

Rom. 1612. Ibidem. 2 Quòd ſi eas fraudaſſe, vel in Prælatorum, vel in aliarum perſonarum dona quouis modo erogaſſe, legitimè conſtiterit, ipſo facto ſint excommunicati, reſeruata abſolutione Prouinciali, niſi in mortis articulo, ſuffragiorum item iure, ac omnibus Religionis officijs perpetuò priuentur, & carceribus mancipentur Superiorum arbitrio, pro fraudis, & dilapidationis qualitate. Eleemoſynarum fraudatores puniãtur.

De legatis, & Capellanijs.
§. 5.

Salmãnt. c.6. 1 VNiuerſis, & ſingulis Fratribus per ſanctam obedientiam præcipimus, vt nemo per ſe, vel per interpoſitam perſonam, ad faciendam, vel ordinandam aliquam eleemoſynam, ad tempus, vel perpetuam, ſibi, vel alteri Fratri, aut Ordini, vel Conuentui exhibendam, ſuadeat, vel procuret, &, ſi ordinata fuerit, nullo modo exigatur à Fratribus, vel ab alio, ipſorum nomine, in iudicio, nec exigi poſſit, neque recipi, niſi per modum eleemoſynæ. Contraueniens, ſit ipſo facto excommunicatus, nec, extrà mortis articulum, ab alio, quàm à Prouinciali abſolui poſsit, & omnibus Ordinis officijs priuatus, carceribus mancipetur Prouincialis arbitrio. Legata non procurãda, nec acceptanda. Niſi per modum, eleemoſynæ.

Rom. 1612 Cong. Gen. Rom. 1628 de mãdat. Sanctiſs. 2 [Decernimus etiam, & præcipimus per ſanctam obedientiam, quòd quoties relinqui contigerit aliqua legata perpetua, aliquibus perſonis, vel Hoſpitalibus, aut Reipublicæ, & alijs domibus, ea lege, vt præſtare teneantur Fratribus quòtannis certam eleemoſynam ſiuè gratis, ſiuè cum onere Miſſarum, vel Diuinorum Officiorum; Guardianus faciat executoribus teſtamentarijs proteſtationem, quòd ad illas, cum nullum ius habeant ex vi legati, non poſſunt ad Miſſas, & Officia obligari. Quòd ſi, facta tali proteſtatione voluerint dare Fratribus tales eleemoſynas, illiſque talium Diuinorum Officiorum celebrationem committere, tunc Fratres tuta conſcientia poterũt huiuſmodi eleemoſynas recipere.] Quod à fortiori, de legatis factis, ſingularibus Fratribus ordinamus, inhibentes Syndicis, ne ſimilia legata, Fratribus diſtribuenda recipiant. Add. Legata perpetua, quomodo renũcianda. Salmant. c. 6.

3 Exemplar autem proteſtationis hoc erit:

Cong. Gen. Rom. 1628 *Nos Frater* N. *Guardianus Conuentus N. & Diſcreti eiuſdem, dicimus, ad noſtram notitiam perueniſſe, quod* N. *certam eleemoſynam huic Conuentui diſtribuendam perpetuò gratis, vel forſan pro aliquibus Miſsis, & Officijs celebrandis, legaſſe; Cumque legata huiuſ-* Add.] Renunciationis exemplar.

huiſmodi, niſi per ſimplicem eleemoſynam, ex noſtra Regula, nobis acceptare non liceat, per præſentes proteſtamur in Domino, quòd legatum prædictum, tanquam incapaces, ex vi legati recipere nolumus; nec intendimus, ſi tamen hæres, aut executor teſtamentarius, dictam quantitatem, per viam ſimplicis eleemoſynæ, omni obligatione, dominio, & proprietate penitus ceſsātibus, nobis liberè conferre voluerit, illam ſimpliciter accipiemus; & piæ teſtatoris voluntati, quantùm in nobis fuerit, plenè, & fideliter ſatisfaciemus.]

In Apol. ſ. Cong. Gen. Rom. 1603 1615. & 1628.

Proteſtatio, facienda, & deſcribēda.

4 Quæ proteſtatio, ſubſcripta à Guardiano, & Diſcretis dabitur executori teſtamenti, & in libro Conuentus, ad futurā rei memoriam, adnotabitur, & hac ratione tantùm, ſecundùm doctrinam Sancti Bonauenturæ in duabus Cōgregationibus Generalibus receptam, & in Romana Rota examinatam, legata habere permiſſum eſt.

Ibidem.

Add.

Renūciatio in quorum manibus facienda.

5 [Si autem, ob temporis vetuſtatem nō appareat, quibus talis proteſtatio fieri poſsit, fiat apud Ordinarios, vel Communitatum Adminiſtratores, vt nomine Eccleſiæ Romanæ, vel Donantium eleemoſynas, redditus, vel fructus exigant, & Fratribus, ſiuè alijs Sacerdotibus, quando Fratres noluerint, tales Miſſas, & Officia celebrare, ſecundùm voluntatem Dantium, dicere faciant.]

Ibidem. Declarat. Apoſt. ſ. p. Regulam. Trid. ſeſſ. 25. c. 3. Clem. exiui.

Inſtrumēta alienationis nō fiant.

6 Nulla deinceps inſtrumenta publica fiant à Fratribus capitulariter congregatis, nec quocunque alio modo ſe habentibus, in quibus transferatur dominium alicuius Capellæ, ſeù ſepulturæ; cū hoc ſit contra Regulam, ſi tamen ſeſe occaſio obtulerit, in qua fidelium pietati ſatisfieri oporteat, id fiat per modos noſtro inſtituto congruentes.

Valliſolet. 1593. Rom. 1612

Add.

Procurator ad exigēda legata, non inſtituatur.

7 [Quare, ſi deinceps aliquis Frater fiat Procurator ad exigenda legata, quæcunquè illa ſint, vel ad comparendum in iudicio, carceri mancipetur, & Prouincialis, aut Guardiani huic facto conſentientes priuentur officio.]

Cong. Rom. 1615. Rom. 1625

Add.

Cappellaniæ, non acceptandæ.

8 [Nullus Guardianus capellanias extrà Conuentum officiandas aſſumat; & ſi, quæ ſunt adhuc, relinquantur; nec Sacerdotes, ad celebrandas Miſſas extrà Con-

Conuentum, niſi ex vrgentiſsima cauſa, mittantur, ſub pœna arbitraria Prouincialibus.] Miſſæ extra Cõuentum raro celebrentur. Add.

Ibidem. 9 [Nec plures Miſſas celebrandas recipiant, quàm Sacerdotum numerus patiatur, & ſeruetur Decretum de celebrat. Miſſarum.] Miſſæ non acceptẽtur, niſi pro numero Sacerdotum.

De locis, & fabricis. §. 6.

Neapolit. c.31. Valliſolet. 1593. Cong. Reg. ann.1622. Auguſti 17

1 PRrohibemus, nè loca de nouo recipiantur, aut relinquantur, ſine ſcripta licentia Generalis, vel Sedis Apoſtolicæ. & ſine conſenſu Ordinarij, ac Definitorij Prouincialis. Conuentus recipi, aut relinqui nõ poſsint ſine licentia.

2 Huiuſmodi autem facultatem Generalis nullatenus concedat, niſi ei antea legitimè conſtiterit, eo in loco vbi Conuentus eſt ædificandus, duodecim Fratres commodè viuere poſſe, vt regularis diſciplina conſeruari valeat, & augeri. Licentia nõ concedatur, niſi de idoneitate loci conſtet.

Valliſolet. 1593. S.Cog.Reg. & Con. de Elect. & Apoſt.

3 Nec, ad nouiter recepta loca Fratres à Prouinciali mittãtur, niſi ipſe, antea inuiſerit, & opportuna indicauerit, nec Guardianatus titulo decorari poſſint, niſi octo Fratres ſaltem, ritè commorari valeant in communitate Eccleſiæ, Refectorij, & Dormitorij, ac tandem duodenarius Fratrum numerus ibi collocari poſsit. Ad nouum Conuẽtum Fratres non deſtinentur niſi prius à Prouinciali viſitetur.

Tol. 1606. S.Cõg.Con. in Decr. de Electis. Conc.Trid. ſeſſ.

4 In nullo Conuentu collocentur Fratres, qui commodè, & ſine diſtractione ſuſtentari non poſſint, ſuper quo diligentiſsimè in Capitulis, & Congregationibus proſpiciatur. Conuentus, in quo Fratres ſubſten tari non poſ ſunt, nõ acceptetur.

Salm. c.6. Neap.c.31.

5 Vt autèm locorum indemnitati, & fidelium ædificationi conſulatur, ſtatuimus, vt poſthâc nihil noui, quod ſcutorum decem expenſas ſuperet, ſine ſcripta Prouincialis facultate, in Conuentibus noſtris ædificari, aut deſtrui liceat. Prouincialis verò, antequam licentiam concedat, Conuentum viſitet, Diſcretos conſulat, peritos adhibeat, ac denique curet, vt nihil conſtrui, aut deſtrui permittat, quod Peritorum ſententia non ſit probatum. Contrà qui fecerit, ab eo loco conſuſibiliter pellatur, priuetur officio, & ſuffragiorum Nihil noui in Conuentu fiat, ſine licentia.

Rom.1612 iure trienniò careat.] Et Guardianus, qui ab anteceſſore incæptam fabricam, ſine ſcripta Prouincialis licen- Add.

tia

tia deſtruere, vel mutare auſus fuerit, per menſem etiam carceri mancipetur.]

De charitate, hoſpitibus, & infirmis exhibenda. §. 7.

Cap. 6. *ET vbicunquè ſunt, & ſe inuenerint Fratres, oſtendant ſe domeſticos inuicem inter ſe, & ſecurè manifeſtet vnus alteri neceſsitatem ſuam, quia, ſi mater nutrit, & diligit filium ſuum carnalem, quantò diligentius debet quis diligere, & nutrire fratrem ſuum ſpiritualem? Et, ſi quis eorum in infirmitatem ceciderit, alij fratres debeant ei ſeruire, ſicut vellent ſibi ſeruiri.*

Vallisolet. 1593. Tol. 1633. 1 HOſpites Fratres, etiam aliorum Ordinum cumprimùm ad locum acceſserint, benignè recipiantur, eis pedes abluātur, exemplo Chriſti Domini, Pſalmos, ac Hymnos interim canendo, qui ad hoc fuerint deputati. Quod, inter cæteros, Vicarius loci præſtare curabit, cum alijs, vel alio, ad hoc deſtinatis. Hoſpites, vt recipiendi.

Ibidem. 2 Negligentes, Guardianus puniat, &, ſi ipſe deliquerit, à Prouinciali, pro modo negligentiæ mulctetur, etiam cum priuatione officij, & ſuffragioru m Iuris per triennium. Negligētes puniantur.

Ibidem. 3 In quolibet Conuentu, duæ, aut plures manſiones pro recipiendis hoſpitibus deputentur, cum neceſſaria, & opportuna ſupellectile, nullis alijs vſibus applicandæ. [Guardiani verò, qui in hoc obſeruando fuerint negligentes, ij præſertim, de quibus ab hoſpitibus ſemel, atque iterum fuerit remurmuratum, à ſuo officio per Prouincialem deponantur.] Manſiones pro hoſpitibus deputandæ. Add. Cong. Gen. Rom. 1603

Vallisolet. 1593. Aquil. 1559. Tol. 1633. Vallisolet. 1593. 4 Præcipimus, vt in qualibet Prouincia aliquæ Infirmariæ, ſaltem in præcipuis Conuentibus erigantur, conſiderata neceſſitate Fratrum, qui infirmantur, in quibus Aromatarij, & Infirmarij periti, & charitatiui deputentur in Capitulis, qui ſeruiant illis, ſicut vellent ſibi ſeruiri. Aſſignatis eiſdem, ſocijs, qui die, no- Infirmariæ inſtituātur. Cum Aromatarijs, & Infirmarijs.

ſtuque diligenter inuigilent, & neceſſaria miniſtrent.

Ibidem. 5 Superiores locorum, & Vicarij infirmos quotidiè viſitent, vt ſolatio illis ſint, &, ſi quæ neceſſaria illis deſint, agnoſcant, cæteri autèm Fratres, eoſdem viſitare frequenter, & piè conſolari curent in Domino. *Salm. c.6.* Infirmi à Superiore, & alijs viſitandi.

Ibidem. 6 Prouinciales, vbi infirmos inuenerint, eos perſonaliter viſitent, &, ſi neceſſaria ſubminiſtrentur, inquirant, ac etiam, ſi Infirmarij, eorumquè ſocij illis charitatiuè inſeruiant; An Medici quotidiè eos viſitent. An Frater quiſpiam, in viſitandis infirmis negligẽs ſit. Prouincialis illos viſitet, & inuigilet.

Ibidem. Aquil. 1559. Ne.p. c.15 Rom. 1612 7 Si autem Superiores locorum, aut infirmorum curæ præfecti, vel aliqui Fratrum in ijs, auaritia, aut negligentia culpabiles fuerint, Prouinciales, ſingulos admoneant, & puniant, &, ſi quem notabiliter defectuoſum inuenerint, officio deſtituant, & acrius, pro modo culpæ caſtigent. Defectuoſi emẽdentur.

Salmant. c.6. Vall:ſolet. 1593. 8 Quod inquirere, & exequi debent etiam Viſitatores, præcipuè ſi Infirmariæ inſtitutæ, ſint opportuno, & optimo loco, neceſſarijs omnibus refertæ &c. Et de ijs Generalem admoneant, ac in Capitulis Generalibus, de infirmorum cura ſpecialis ratio habeatur. Etiam per Viſitatores Prouinciarũ

Ibidem. 9 Fratres, vbiprimùm in infirmitatem ceciderint, Superiores locorum, & Infirmarij admoneant, vt ſtatim confiteri velint, & ſollicitè ſe præparent, ac ſi eſſent ex hac vita migraturi, cum negligentibus, Conſtitutio Pij V. ſeruetur. *Super gregem.* Infirmi Sacramenta recipiant.

Rom. 1612 10 [Propterea in qualibet Infirmaria curet Prouincialis deputare Sacerdotem, qui præſto ſit ad Sacramenta miniſtranda infirmis, nè aliquis ſine his pereat.] [Add. Infirmariæ curatus deputetur.

Rom. 1612 11 [Nullus infirmus, poſtquam conualuerit ab Infirmaria diſcedere cogatur, niſi iuſſu Medici.] Add. Infirmi non licentiẽtur, niſi à Medico.

12 Infirmarius nullos recipiat, niſi infirmos vel quos Medicus iudicauerit, ob languorem ætatis, vel aliam cauſam, medicamentis, vel cibis medicinalibus indigere.] Add. In Infirmaria non recipiantur, niſi infirmi.

13 Deputata pro infirmis, aut valetudinarijs, applicari alijs, etiam hoſpitalitatis, aut alia quauis cauſa non poſsint, ſub pœna priuationis officij Infirmarijs, & etiam Guardianis, ſi eorum voluntate, vel conſenſu contrà fieri contigerit. Deputata pro infirmis, alijs non dentur.

De

De ſacra peccatòrum Confeſsione.

§. I.

Cap. 7. *SI qui fratrum, inſtigante inimico, mortaliter peccauerint, pro illis peccatis, de quibus ordinatum fuerit inter fratres, vt recurratur ad ſolos Miniſtros Prouinciales, teneantur prædicti fratres, ad eos recurrere quàm citius poterunt ſine mora. Ipſi verò Miniſtri, ſi presbyteri ſunt, cum miſericordia iniungant illis pœnitentiam, ſi verò presbyteri non ſunt, iniungi faciant per alios Sacerdotes ordinis, ſicut eis, ſecundum Deum, melius videbitur expedire, & cauere debent, nè iraſcantur, & conturbentur propter peccatum alicuius, quia ira, & conturbatio in ſe, & in alijs impediunt charitatem.*

C. Omnis vtriuſque ſexus. *Trid. ſeſſ. 23. c. 15. de Reform. Valliſolet. 1593.*

1. CVm quilibet proprio Sacerdoti confiteri teneatur, & proprij Sacerdotes in Ordine, ſint ſoli tantùm Prælati, de quorum numero, etiã Guardiani cenſentur, idcircò ipſi ſoli Fratrum confeſſiones audire poſſunt, & à peccatis abſoluere: & quãuis Sacerdotes, in ſua ordinatione, à peccatis abſoluendi poteſtatem accipiant, nulli tamen Fratrum liceat confeſsiones audire, nec ad id quiſpiam, idoneus reputetur, niſi ſit Guardianus, vel à Generali, aut Prouinciali approbetur, & facultatem ſcriptam accipiat. — Prælati ſoli, ſunt proprij Sacerdotes.

Valliſolet. 1593. 2. Examen verò fiat ab ipſis Superioribus, vnà cum aliquibus idoneis, ad id ſpecialiter aſſumptis, aut per Definitorium in Capitulo deputatis. *Ibidem. Salm. c. 7.* Itaquè Fratres omnes Prælatis ſuis, vel alteri Sacerdoti Ordinis, vt ſuprà approbato bis, aut ſæpius in hæbdomada confiteri teneatur. — Examinentur admittendi ad audiendas cõfeſsiones.

Salm. c. 7. 3 Confiteri verò extrà Ordinem, præterquàm in neceſſitatis articulo, & tunc de Superioris licentia, per — Prohibetur, extrà ordinem confiteri.

Clem. IV. in comp. priuil. abſol. quoad fratres. §. 7. Apoſtolicas Conſtitutiones, Fratribus prohibetur expreſsè.

4 Itinerantes autèm, Guardianis, vel, vt ſuprà approbatis, confiteantur, niſi eligendi Confeſſarium, generalem habuerint à Superioribus facultatem. Itinerantes quibus conſiteri debēt.

Vall ſolet. 1593. Rom. 1575 5 Confeſsiones Fratrum, præſertim iuuenum, in cellis non audiantur, ſub priuatione vocis actiuæ, & paſsiuæ tàm Confeſſario, quàm pœnitenti ad Superioris arbitrium. Cōfeſſiones iuuenum in cellis non audiantur.

Neap. c. 4. 6 Si quis Confeſſarius legitimè inditiatus fuerit, pecunias per ſe, vel per alium quouis modo recipere, vel recepiſſe, ad veritatem dicendam arctetur, & conuictus, ab audiendis Confeſſionibus ipſo facto, & perpetuò ſit ſuſpenſus, & proprietariorum pœnis omninò ſubiaceat. Cōfeſſarius recipiēs pecunias, quā puniendus.

Rom. Cōg. 1603. Rom. 1612 [Ac in excommunicationis ſententiam incidat, à qua abſolui non poſſit, niſi à Prouinciali, & in eius abſentia, à Guardiano.] Add.

Ibidem. [Ab eo loco expellatur, nec redire permittatur, ſine licentia ſcripta Generalis. Carceretur per menſem, vel per annum, ſi de eo aliàs fuiſſet conuictus, & ſingulis ſextis ferijs, coràm Fratribus, in pane, & aqua ieiunet.] Add.

Ibidem. 7 [Superiores verò, qui Confeſſarios tenuerint, vt ab eis eleemoſynas pecuniarias accipiant, aut ab eiſdem petierint, ab officijs ſuis irremiſſibiliter deponantur.] Add. Et Superiores, id permittentes.

Rom. 1612 8 [Confeſſarij, ſæcularium Confeſſiones in cellis non audiant, nec ad illas admittantur, niſi triginta ætatis annos exceſſerint, & qui in caſibus conſcientiæ ſint verſati; quod etiam requirimus in Confeſſionibus Fratrum.] Add. Confeſſariorum ætas.

Cōg. Rom. 1603. 9 [Et ille, qui procurauerit per fauorem, extrà Religionem, inſtitui in Confeſſarium, pœnas procurātium officia per fauores, incurrat, & à Prouinciali hoc ſcienter admitti non poſsit.] Add. Procurans per fauores inſtitui Cōfeſſarius, vt puniatur.

De

De Caſibus Reſeruatis. §. 2.

Trid. ſeſſ. 14. c.7. & can. 11. Vallisolet. 1593. Salmant. c.7. Vall. 1579. Ex Regula c.7.

1 VT Reſeruatio Caſuum, in Dei Eccleſia, ac in Religione Seraphica tàm diligēter hactenùs cuſtodita, deinceps illibata perſiſtat, decernimus, & ſancimus, vt in illis caſibus, quos per Statuta Generalia, aut per Conſtitutiones Apoſtolicas reſeruatos eſſe, aut reſeruari contingit, nemo abſoluere quemquam præſumat, ſub pœna excommunicationis ipſo facto incurrenda, niſi à Generali, vel Prouinciali Prælato abſoluendi facultatem accipiat.

A Caſibus Reſeruatis nullus, Superiore inferior, abſoluat.

Salmant. c.7. Vallisolet. 1593.

2 Et, ſi in hoc vitioſus fuerit, & legitimè de eo conſtiterit, carceri, Superioris arbitrio, mancipetur: Quibus pœnis ſubiaceat, qui affirmauerit, ſine tali facultate, poſſe à reſeruatis abſoluere. Aut qui, Superiores poſſe ſibi caſus reſeruare, aut ſubditos cenſuris ligare, negauerit. Et qui hæc affirmare, aut dogmatizare temerè auſerit, tanquam errorum ſeminator, ab audiendis confeſſionibus perpetuò ſit ſuſpenſus, & grauiſſimè puniatur, [ſanctiſsimo Inquiſitionis Tribunali, ſuo iure ſeruato.]

Et abſoluēs, quomodo puniendus.

Ac etiā qui reſeruationem negauerit.

Add.

Pariſ. 1579. Clem. de caſ. reſer.

3 Vt ſaluti Animarum conſulatur, Miniſtri Prouinciales, in quolibet Conuentu vnum, aut duos Confeſſarios deputent, quibus à Caſibus Reſeruatis occultis, in foro conſcientiæ, abſoluendi facultatem concedant. Si verò fuerint notorij, ad ſuos Miniſtros, Rei criminum ſine mora recurrere teneantur.

Pœnitentiarij pro reſeruatis, in Cōuentibus inſtituantur.

Salm. c.5.

4 Prouinciales autèm, aut eorum Commiſſarij nullum abſoluant, niſi antea ſatisfecerint, ſi quempiam contra Iuſtitiam offenderint.

Offendētes contra iuſtitiā, prius ſatisfaciant.

Ibidem.

5 Abſolutio in foro conſcientiæ obtenta, correptionem iudicialis fori (ſi crimen legitimè probatum fuerit) impedire non debet.

Abſolutio in foro conſcientiæ, externū forum nō impedit.

Salmant. c.7. Vallisolet. 1593.

6 Commiſſa verò facultas à reſeruatis abſoluendi, tamdiù duret, quòad à concedente, vel à ſucceſſore reuocata fuerit.

Facultas abſoluēdi, niſi reuocetur, non ceſſat.

7 Et, vt nullus ignorantiæ locus ſit, Prouinciales Caſuum Reſeruatorum tabellam conficiendam, & in-

Caſus reſeruati publicentur.

ſingulis Conuentibus publicandam curent, in hunc; qui ſequitur modum.

Tabella Caſuum, qui Generali, aut Prouincialibus reſeruantur.

§. 3.

1 NOmen Dei, aut Domini noſtri Ieſu Chriſti, aut Deiparæ Virginis Mariæ blaſphæmantes. Caſus reſeruati, qui nã ſint.

2 Rebus ſacris abutentes.

3 Quidquam, in Religionis detrimentum, extrà Religionem patefacientes.

4 Diſcordias Patrum, vel diſpoſitiones Prælatorum manifeſtantes.

5 Calumniam in iudicio, cuiquam imponentes, vel, ad id faciendum, inducentes.

6 Falsò, ac ſcienter quempiam accuſantes, & accuſantem reuelantes.

7 Falſum teſtimonium deponentes, vel deponendum procurantes, aut alium quomodòlibet infamãtes.

8 Iurati veritatem negantes, & falſum affirmantes.

9 Ter debitè moniti, obedire renuentes.

10 Conſummatum carnis peccatum quodcunquè admittentes.

11 Denarios, contrà Regulam, accipientes, tenentes, vel aſſeruantes.

12 Rei ſacræ; vel notabilis furtum perpetrantes.

13 Religionis bona, extra Ordinem, dono dantes.

14 Fratribus, vel ſæcularibus vendentes, aut quouis modo alienantes.

15 Generalis, vel Prouincialis, aut eorum, Secretariorum literas tùm miſſas, tùm accipiendas, impedientes, frangentes, falſificantes, vel quomodòlibet intercipientes.

16 Sigillum Ordinis, vel cuiuſuis alterius Prælati, aut perſonæ notabilis falſificantes.

17 Libellum famoſum facientes, fieri procurantes, indu-

inducentes,conſulentes,proijcientes, vel publicantes.

18 Grauiter quempiam percutientes, aut contrà Prælatum machinantes.

19 Carnes, cùm Eccleſiæ præcepto, vel Regulæ vetitum fuerit, comedentes, niſi ſcriptam facultatem, ob neceſsitatem, à Superiore antea impetrauerint.

Salm. c. 7. 20 Si quis,alicuius criminis reus,ac pœnitens,faciẽ Prælati,antequàm de crimine accuſetur, corã teſtibus, in cõfeſsione præuenerit,concedimus,vt Prouinciales, de plenitudine poteſtatis, & gratiæ, à pœnis debitis, de prædictorum teſtium conſilio, Fratrem pœnitentem, quoad forum exterius quietare valeant, alia quacũque minus confuſibili eidem impoſita ſalutari pœnitentia. Præueniens faciem Prælati miſericorditer excipiendus.

Ibidem. 21 Volumus tamen, id de primo recurſu intelligi, & ſemper cum proteſtatione, quòd, ſi in eadem crimina, de quibus fuerit quietatus, iterum relabatur, ad ſtatum priſtinum reducatur, ſi de lapſu huiuſmodi ſufficiens probatio habeatur.

De abſolutione in genere. §. 4.

Clem. IV. in Mari magno apud comp. priuil. tit. abſolutio quoad fratres §. 7. Ibidem. Sixt. IV. Iul. II.

1 EX Apoſtolica conceſsione poſſunt Generales, ac Prouinciales, eorumque Vicarij, & Cuſtodes in ſuis Cuſtodijs Fratres ſibi commiſſos, vel, ad eos vndecunquè declinantes, ab omnibus caſibus, in quos inciderint, ſiuè antè, ſiuè poſt ingreſſum in Ordine, etiam Sedi Apoſtolicæ reſeruatis, (hæreticis relapſis, Schiſmaticis, literarum Apoſtolicarum falſificatoribus, ad partes infidelium prohibita deferentibus, bigamis, & homicidis voluntarijs exceptis) abſoluere à quibuſuis ſententijs excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, à iure, vel ab homine generaliter promulgatis, & diſpenſare in irregularitatibus, propter dictas ſententias, aut ob celebrationem Diuinorum Officiorum in locis, interdicto eccleſiaſtico ſuppoſitis, vel ob ſuſceptionem Ordinum, cum prædictis cenſuris contractis: Et ab ijſdem caſibus, à proprijs, quos ſibi elegerint, Confeſſarijs, diſpenſari. Ampliſsima abſoluendi facultas Ordini cõceſſa.

Abſo-

Abſolutio ob cap. ſi quis ſuadente. §. 4.

Salmant. c. 7. Vltramon. ſ. 6.

1 AB excommunicatione contracta ob violentam manuum iniectionẽ, poſsint Guardianus, vel, eo abſente per diem naturalem, Vicarius, & Cuſtos vbi reperietur, abſoluere, ſi Miniſtri, ac Cuſtodis præſentia, intrà triduum haberi non poſsit. Quod de percuſsione atroci, vel ſubditi in Prælatum, nunquam intelligendum eſſe decernimus.

Guardiani, quando abſoluere poſſint ab excomm. c. ſi quis ſuadente, &c.

De correctione, & pœnis. §. 5.

Vallisolet. 1593.

1 PRiuatio iuris ſuffragiorum, ſiuè vocis actiuæ, & paſsiuę, eſt inhabilitatio ad ferenda, & conſequenda ſuffragia, ità vt, nec eligere, nec eligi ad quodcumquè officium Ordinis poſsit.

Priuatio ſuffragiorum, quid importet.

2 Poteſt tamen ad ſacros Ordines promoueri, & quos habuerit, exercere, ſicuti, & prædicare, legere, cõfeſſiones audire, item ſuffragari in receptione Nouitiorum, & ad profeſsionem eorundem, Magiſter, ac Monialium Confeſſarius eſſe.

Ibidem.

3 Priuatio actuum legitimorum, eſt inhabilitatio ad omnia Ordinis officia, quæ cum dignitate, & ſuperioritate coniuncta ſunt, vt Miniſteriatus, Definitoriatus, Guardianatus. Poteſt tamen huiuſmodi actibus ſacros Ordines exercere, & ad illos promoueri. Prædicare item, & legere, ſed ſæcularium confeſsiones audire non poteſt, benè quidem Monialium, eſſe Nouitiorũ Magiſter, & ad illorum profeſsionem ſuffragia ferre.

Priuatio actuum legitimorum.

Salmant. c. 9.

Ibidem.

4 Pœna proprietariorum, eſt priuatio actuum legitimorum, & carceratio per menſem, & ſepulturæ eccleſiaſticæ priuatio, ſi quiſpiam reperiretur (quod abſit) proprietarius ab hac luce migraſſe.

Proprietarij pœnæ.

Ibidem.

5 Carceris pœna, eſt recluſio alicuius in aliquo obſerato loco, ſine caputio, & chorda, Generalis, aut Prouincialis authoritate facta, quæ actuum legitimorum

Carceris pœna.

rum

rum priuationem importat, vnde liberatus à carcere, non intelligitur ad actus legitimos reſtitutus.

Ibidem. 6 Nec reſtitui poteſt, niſi per Capitulum Prouinciale, aut per Generalis authoritatem.

Salmant. c.7. 7 Carcerari autem nullus poſſit, niſi pro manifeſto, & enormi delicto, vel exceſſu; &, qui aliter quempiam incarcerauerit, ipſo facto actibus legitimis ſit priuatus. [Et in excommunicationem incidat.] **Indebitè carcerans, excommunicatus.** **Add.**

C. ſi Cleric. de ſét. excomm. in 6. c. nuper de ſé. exc. c. beatus d. 45. Enorme autem delictum dicimus, vel ratione generis peccati, vt eſt inobedientia contumax, lapſus carnis, perfidia, hæreſis, & ſimilia; vel ratione circumſtantiæ, vt frequens iteratio furti, etiam non notabilis, & de alijs caſibus reſeruatis idem iudicium habeatur. **Delictum enorme quod nam.**

Ibidem.

Ibidem. Vallisolet. 1593. 8 Quare, vt atrocia, & grauia delicta puniri poſsint, in omnibus locis, ſaltèm præcipuis Prouinciæ, habeantur carceres omninò fortes; humani tamen, & lucidi, vt carcerati Diuinum Officium recitare, & ſpirituali lectioni vacare poſsint. **Carceres quælibet Prouincia habeat.**

Salmant. c. 7. 9 Ad perpetuos carceres damnati, barba, & capite, de religioſo more, anteà tonſi, Sacramentũ Euchariſtiæ, die Reſurrectionis Domini tantummòdo, in infirmaria, aut alio ſecreto, & decenti loco ſuſcipiant. Si verò Sacramentum Pœnitentiæ poſtulauerint, illis concedatur, niſi aliud rationabiliter Prouinciæ, aut loci Superior iudicauerit. **Ad perpetuos carceres damnati quomodo, tractandi.**

Ibidem. Vallisolet. 1593. 10 Liberans aliquem à carcere, vel ad illius fugam, conſilium, aut auxilium præbens, vel, ſi illius Cuſtos in id conſenſerit, poſtquàm legitimè de malitia conſtiterit; carceribus, arbitrio Prouincialis mancipentur. **Alium è carcere liberãs carcerãdus.**

Vallisolet. 1593. 11 Quorum, ſi particeps eſſe, dolo, aut negligentia, Guardianus conuictus fuerit, officio priuetur, & grauius etiam puniatur Superiorum iudicio.

Salm. c. 7. 12 Si quis delictum manifeſtum admiſerit, propter quod pœnam carceris mereatur, decernimus, per locorum Superiores, de Diſcretorum conſilio, poſſe tuto loco ſub cuſtodia detineri, ne effugiat, donec per Prouincialem, determinatum fuerit, quid agendum ſit, ſub quo etiam hoſpites alterius Familiæ, vel Prouinciæ comprehenſos volumus. **Notoriè delinquẽtem, Guardianus in cuſtodiã conijciat.**

Ibidem. 13 Decernimus etiam, quòd carcerati, qualibet

ſexta

ſexta feria coràm Fratribus capitulariter congregatis, ſine caputio, flagella diſciplinæ ſibi adhibeant per totum Pſal *Miſerere mei Deus,&c.* & in pane,& aqua, humi genuflexi ieiunent.

Carcerati diſciplinā faciant, & ieiunent.

Ibidem. 14 Tempore, quo carcerati fuerint, ſine chorda, & caputio ſemper manebunt.

Carceratorum habitus.

Vallisolet. 1593. 15 Tortura dumtàxat infligenda eſt pro atrocibus, & grauioribus delictis.

Tortura, quando infligenda.

Ibidem. 16 Verùm, cum non ſatis conſtet quomòdo, torquendi ſint Fratres delinquentes, decernimus, quòd ſi crimen ſit nefandum, ignis pœna torqueantur. De reliquis verò críminibus ſuſpecti, nudi, & manibus ligati per tria interualla flagellis, Superiorum arbitrio, dirè torqueantur, & pane, & aqua macerentur: ſi tamen crimen atrox fuerit, Iudex, ad quem cognitio cauſæ iure pertinet, aliud torturæ genus arbitrio ſuo, pro qualitate delicti adhibeat.

Delinquentes, quomodo torquendi.

Salm. c.7. 17 Arctatio, eſt recluſio alicuius in carcere cum chorda, & caputio, quo tempore ter in hæbdomada diſciplinabitur, recitando Pſal.*Miſerere mei Deus,&c.* & in pane, & aqua ieiunabit.

Arctatio, quid ſit.

Ibidem. Vallisolet. 1593. 18 Durabit autem arctatio per tempus, Superiori benè viſum, de Patrum conſilio, ità tamen, vt arctato nullatènus reueletur.

Arctationis tempus.

Ibidem. 19 Quicunquè conuictus fuerit, domus ſuſpectas ingreſſum fuiſſe, ab eo loco omnino, & perpetuò remoueatur, ac grauiter arctetur, &,ſi confeſſus fuerit,in fornicationem,vel grauiorem culpam incidiſſe, vel de eo legitimè conſtiterit, pro prima vice ſemeſtri carceri mancipetur, & voce actiua, & paſſiua trienniò careat: pro ſecunda vice per annum eidem mancipetur & omnibus Ordinis officijs decennio priuetur: pro tertia autèm, ad omnia Ordinis officia inhabilis exiſtat, & longiore carcere maceretur,vel etiam ad Triræmes,Superiorum iudicio, pro qualitate delicti mittatur.

Conuictus de ſuſpecto conſorti o, vel fornicatione, qua ratione puniendus.

Add.

Vallisolet. 1593. 20 Si quis autem (quod abſit) ſacrilegium [cum Moniali] admiſerit, ad Triræmes omninò damnetur, aut perpetuo carceri,Superioris arbitrio mancipetur.

Sacrilegi punitio.

Ibidem. Salm. c.7. 21 Quòd, ſi quis de innominabili crimine (quod Deus auertat) propter quod venit ira Dei in filios diffidentiæ

Turpitudo fœdiſsima, vt mulctanda.

ſidentiæ, notatus fuerit, ac legitimè conuictus, nudus omninò, cum ſolis fœmoralibus, coràm Fratribus capitulariter congregatis, manibus ligatis, grauiter flagelletur, & Pſal. *Miſerere mei Deus, &c.* recitet, ac leuiuſculis flammis igneis hincinde circumpoſitis quodammòdo comburatur, & ad perpetuos carceres irreuocabiliter condemnetur, vbi pane, & aqua tribus ſaltem in hæbdommada diebus ieiunet, & vitam ſuam in dolòre, & amaritudine defleat. Poterit tamen Miniſter Generalis, poſt aliquos annos à præfato carcere eum lìberare, ſi tanta in eo viderit indicia contritionis, propter quæ, illum tali diſpenſatione iudicet dignum: Qui tamen omni ſuffragiorum iure perpetuò careat, & ad omnia Religionis officia inhabilis exiſtat, ſi tamen de eodem ſcelere denuò legitimè conuictus fuerit, ad Triræmes perpetuò, & omninò mittatur.

Valliſolet. 1593. 22 Amplius qui morbo gallico, vel alopetia affecti, aut in carnis illecebras, & errores prolapſi fuerint, ad nulla Ordinis officia promoueri poſsint, & omni ſuffragiorum iure perpetuò careant, atque ab audiendis confeſſionibus (ſi Confeſſarij fuerint) perpetuò ſuſpendantur. *Lue venerea fœdatus qualiter affligendus.*

Salmant. c. 8. Valliſolet. 1593. 23 Inobedientium pœna, eſt carceratio, ac conſequenter actuum legitimorum priuatio, ſi debitè moniti, in contumacia perſeuerãt. Dicitur autem quis contumax, quando trina monitione præmiſſa, per diem naturalem, congruis interuallis inobediens exiſtit. Vel quandò ità pertinaciter recuſat obedire, vt Diſcretorum conſilio, carceribus mancipari videatur. *Inobedientium pœna.*

Valliſolet. 1593. Salmant. c. 10. Vltramon. c. 6. S. Damaſus Papa. 24 Talionis pœna plectendi ſunt Infamatores. Qui falſum teſtantur, & Accuſatores, qui crimen obiectum legitimè, & ſufficienter non probauerint; ideſt puniantur ea pœna, quam ſubire debuiſſent accuſati, ſi crimen obiectum contra eos legitimè probatum fuiſſet. Item; accuſantes aliquem ſcienter de crimine aliàs ſufficienter punito, vel de quo accuſatus, aliàs iudicialiter fuit abſolutus, & ſic obſeruari, ſub pœna ſuſpenſionis, vel etiam priuationis ab officio, præcipimus, & mandamus. *Pœna talionis, qui puniendi.*

25 Excommunicationis pœna, qua inobedientes

C. ſicut tuis de ſim. C. cũ Eccleſijs de maior. C. cũ Eccleſiarum de off. iudic.ord. communione fidelium, & Sacramentorum participatione priuantur, Miniſter, vel Commiſſarius Generalis, Prouinciales, delegati ab ipſis, Cuſtodes etiam, & Guardiani tanquam veri Prælati in ſuos ſubditos fulminare poſſunt, & contrarium aſſerentes, tanquam perturbatores grauiter puniantur ad arbitrium Superiorum. Excommunicationẽ, qui fulminare poſsint.

Vltr.c.6. Salm c.8. Tri. ſeſſ.25 c.3.de Ref. 26 Pro perditis autem, vel ſubtractis rebus, Generales, vel Prouinciales tantùm, qui Epiſcopalem quaſi authoritatem habent, excommunicationis ſententiam ferre poſſint. Pro deperditis,excommunicare qui valeant.

Vallíſolet. 1593. 27 Non liceat tamen ſubditis excommunicationem à Prælatis inferioribus latam contemnere, aut non formidare, quia non ad ſubditos, ſed ad Prælatos hæc cognitio pertinet. Subditus timeat excõmunicationem, non examinet.

28 Præcipitur etiam, vt nullus noſtri Ordinis Prælatus, per modum ordinationis, vel ſtatuti excommunicationem imponat, niſi in ſcriptis, aliter lata, vi præſentis ſtatuti, nulla declaratur. Excommunicatio ſcripto imponatur.

Salmant. c.8. Vltra.c.6. Vallſolet. 1593. 29 Prouinciales, & Prouinciarũ Viſitatores, Guardianum officio priuare nõ poſſint ſine Definitorij conſenſu, ſuſpendere tamen ex legitima cauſa, vſquequò per Patres cauſa iudicata fuerit, valebunt. Illo ſemper obſeruato, vt vbi de officiorum priuatione, vel de alicuius condemnatione, aut abſolutione agendum ſit, non fiat, niſi de maioris partis Definitorij conſilio, & conſenſu. Prouincialis ſine Definitorio cauſas nõ iudicet.

Ibidem. 30 Patres autem Ordinis, aut qui Miniſtri Prouinciales fuere, vel eorum priuilegijs gaudentes, à Superioribus Prouincialibus, & Commiſſarijs officio priuari, vel ad notabilem aliquam punitionem, aut confuſionem ſubeundam cogi non poſſint, niſi de conſilio, & conſenſu maioris partis Patrum Prouinciæ. Patres Ordinis, incõſulto Generali nõ puniantur.

31 Calumniatores perpetua notentur Infamia. Calumniatores, infames.

Neap. c.35 Neap c.34 Vall ſolet. 1593. Cong. Gen. Rom.1603 32 Et qui in Viſitatione Fratrum, delicta, aut literas, ob aliquod particulare intentum tacuit, vel ſeruauit, quod cum conſecutus non fuerit, ad aliorum Superiorum aures defert, cauſatus non habuiſſe cum Superiore illo, vel Commiſſario confidentiam. Si non probat ſe proteſtatum fuiſſe apud illum primum Superiorem, Tacens in Viſitatione delicta, amplius nõ audiatur.

rem,

rem, velle ad alium, quem ſpecifi care debeat talia denunciare delicta: Tanquam conſpirator ſeueriſſimè puniatur, & actibus legitimis perpetuò priuetur, ac Infamis exiſtat, nec audiatur.

Ben. VIII. Ad augmentum. *Salm. ut. c. 7. & 10. Vltra. c. 6.*

Ad eſſentialia non ad apices iuris tenemur.

33 Ad Bonifacianæ Conſtitutionis obſeruantiam declaramus, quòd licèt Prælati ad apices, & iuris rimas non teneantur, vt ſunt: citationum interualla, dilationes, interlocutoriæ, & cætera huiuſmodi, quæ non ſunt de eſſentia iuris; Non tamen poſſunt in actis iudicialibus pro eorum arbitrio procedere, ſed iure diuino, & naturali, ad eſſentialia iuris tenentur. Vnde contrà inauditam partem, vel contra non legitimè cõuictum, vel confeſſum, grauẽ ſententiã ferri non poſſe, nec debere, decernimus, qua quis actibus legitimis, aut officijs Ordinis, vel ſuffragiorum iure priuetur, aut in exilium relegetur, aut notabili aliquo nocumento afficiatur, & latam, ipſo iure nullam declaramus, atque contrarium facientes, actibus legitimis deſtituimus.

Ibid. m.

Inauditus, non conuictus, non confeſſus, nõ condemnetur.

Vallisolet. 1593.

De non infamato non inquiratur.

34 Prohibemus, nè Prælati de peccato alicuius nominatim inquirant, niſi de crimine fuerit de iure infamatus, aut aduersùs eum indicia ſint euidentia, vel probabilia.

Non conſtituatur, niſi delictum ſit ſaltem ſemiprobatum.

35 Et caueant, nè crimen aliquod graue ſuis ſubditis iudicialiter imponant, vt ad obiectum crimen reſpondere teneantur, niſi præter denunciatorem, vel accuſatorem, ſit vnus ſaltèm teſtis fide dignus iuridicè interrogatus, aut reus eſſet infamia, vel indicijs euidenter grauatus; ſecus faciens Prælatus, priuetur officio, libito Superioris.

Ibidem.

Conuictus de occulto crimine, occultè puniatur.

36 Qui per duos, aut tres teſtes conteſtes fuerit conuictus de crimine, aliàs occulto, tunc non publicè, ſed ſecretò, coram teſtibus, huiuſmodi reus puniatur. Niſi de atrocibus fuerit, quia tunc publicè corrigi poterit.

Salm. c. 7.

Pœnæ, niſi ſcienter, & poſt ſententiam non incurrũtur.

37 Declaramus, quòd quando in ſtatutis, pœnæ imponuntur, priuationis, carceris, excommunicationis, ſuſpenſionis, &c. nolumus ad eas obligari Fratres, niſi ſcienter, & ex deliberatione deliquerint, & vbi, ipſo facto incurrenda imponitur, decernimus, in pœnam eiuſmodi neminem incurrere, niſi poſt declarationem

à Prælato factam. Quod dicimus etiam de excommunicatione, & ſuſpenſione.

Vltram. c. 6. Salmant. c. 10. Vall. ſolet. 1593.

Nomina accuſatoris, & teſtiũ, quando reuelanda.

38 Ad conſeruandam pacem, ordinamus, vt Prælati nullo modo accuſantium, & teſtium nomina Reis manifeſtent, quamuis ad punitionem procedant: Niſi quando coram Iudicio in oppoſitione alicuius grauis, & infamatorij criminis innocentia periclitaretur; nàm eo caſu, ſi Reus petat, accuſantium, & teſtium nominà, ei manifeſtari debent.

Vltram. c 6. Vallisolet 1593.

Subornatores, qui.

39 Subornatores declaramus, qui donis, & promiſſis, comminationibus, aut obſecrationibus importunis, laudibus, aut vituperationibus falſis, aliquem inducere conantur, vt ſibi, vel alteri ſuffragium in electionibus ferat, aut non ferat. Quiuè colligationes, aut inductiones fecerint. Non autem illi, qui conferendo, vel conſulendo, talem, dignum, aut indignum ad officium dixerint, vt ad illud eligatur.

Pius V. Paſtoralis. Gre. XIII. Conſueuit.

Subornatorum pœnæ.

40 Qui in electionibus, vel anteà per ſex menſes pro ſe, vel pro alio per ſe, vel per alios ſubornauerit, excommunicationis ſententiam ipſo facto incurrat Miniſtro, aut Commiſſario Generali reſeruatam. Qui ſi in eadem nominatione fuerint, à ſolo Summo Pontifice abſolui poſſint. Inſuper ſubornatores actibus legitimis ipſo facto priuamus.

Salm. c. 8. Vallisolet. 1593.

Reuelantes confeſſiones, puniendi.

41 Sacramentales Confeſſiones reuelantem actibus legitimis, eò ipſo deſtituimus, & ab audiendis Confeſsionibus perpetuò ſuſpendimus, atque carceribus mancipandum, Prouincialis arbitrio decernimus: ſi autem de hoc non fuerit legitimè conuictus, ſed tantum ſufficientèr inditiatus, grauiter arctetur, ad arbitrium Superioris.

Ibidem.

Reuelans peccatum occultum.

42 Qui fratris crimen, quod legitimè probare non poteſt, alteri, quàm Prælato reuelauerit, pœna talionis mulctetur.

Ibidem.

Reuelans ſecreta Religionis.

43 Qui verò diuiſiones inter Fratres, Prælatorum diſpoſitiones, aut peccata in ordine correpta, vel corrigenda, & diſcordias, & quicquid in infamiam Ordinis vergẽs, extra illũ quouis modo diuulgauerit, eo ipſo excõmunicationis ſententiã incurrat, &, ſi iuridicè conuictus fuerit, omnibus actibus legitimis ꝑpetuò priuetur.

44 Item

Vallisolet. 1593. 44 Itèm, qui extrà Definitorium manifeſtauerit quæ in eo tractantur, vndè diſſenſiones, & odia in Definitorium, vel Definitorum aliquem oriantur, aut oriri poſsint, ſi de ea re legitimè conſtiterit, bienniò in Definitorium admitti non poſſit. Reuelans acta in Definitorio.

Salm. c.7. 45 Si quis Fratri, non Prælato verbum improperij aut conuicij dixerit, aut leuiter quenquam prouocauerit, flagella diſciplinæ ſingulis vicibus in communitate Fratrum ſibi adhibebit. Improperãs, vel prouocans æqualem.

Ibidem. 46 Si verò in Prælatum talia verba protulerit, diſciplinæ addat ieiunium in pane, & aqua humi genibus flexis, & ſuffragiorum iure biennio careat. Et Prælatũ.

Ibidem. 1593. 47 Qui Prælato ſuo in culpa, vel in menſa in communitate, non habita prius ab eo licentia, reſponderit, voce actiua, & paſſiua per triennium priuetur, & Prouincialis arbitrio, carceribus mancipetur. Reſpondẽs Prælato in culpa.

Leo X. Ite & vos. Pius V. 48 Et, qui alium Fratrem malitioſè, & irriſoriè Priuilegiatum, Colectaneum, Bulliſtam, Amadeiſtam, Clarenum, de Euangelio, Bigotum, aut alio quouis nomine, de nouo ad irridendum, & iniuriandum reperto, vel reperiendo, vel quod à patientibus pro iniurioſo habeatur, appellauerit, ipſo facto ſit excommunicatus, nec niſi à Sede Apoſtolica abſolui poſſit. Ac inſuper exilij, priuationis officiorum, aliaſque arbitrarias Superioribus pœnas eò ipsò incurrat. Quibus ſubiaceant etiam audientes, ſi ſtatim verbo, aut literis talem non denunciauerint.

Ibidem. 49 Improperans Fratri delictum, de quo aliàs fuerat punitus, pœna talionis puniatur.

Vitramon. c.6. Vallisolet. 1593. 50 Monemus tamen Prælatos, vt ergà ſuos ſubditos verbis, & factis prudentes, & modeſtos ſe gerant: in reprehendendis criminibus, temperatis verbis ſemper vtantur, vt nulla turbationis cauſa ſubditis præbeatur. Quibus vtendum eis erit etiam, quando capitulariter congregatis Fratribus, exhortationis verba proponunt; aliàs corrigantur, vel ab officio ſuſpendantur ad libitum Superiorum.

Salmant. c. 7. Vallisolet. 1593. 51 Qui Fratri, vel alteri minabitur in perſona, probationis caputium per menſem deferat, & carceri mancipetur. Si manum leuauerit, vel aliquid ad percutiendum

dum

dum acceperit, probationis caputium, & carceris pœnam per tres menſes ſubeat. Qui leuiter percuſſerit, idem caputium per annum gerat, & carceretur ad libitum Superioris. Si verò ‡ grauiter percuſſerit, vel ad grauiter percutiendum, lapidem, vel baculum acceperit, & proiecerit, vel gladium, aut cuiuſuis alterius generis ſiuè ferri, ſiuè ligni, ſiuè alterius materiei inſtrumentum eduxerit; Et qui etiam arma offenſiua portauerit, vel in cella, aut alibi tenuerit, ſemeſtri carceris pœna maceretur.

Ibidem. Rom. 1575 & 1587.

Percutiens gladio, baculo, pugione, &c.

52 Quicunque gladio, baculo, vel pugione Fratrem, aut ſæcularem quempiam percuſſerit, carceris vnius anni pœnam luat, & præterea omni ſuffragiorum iure, & actibus legitimis perpetuò priuetur, & per menſem ter in qualibet hebdomada in communitate Fratrum genuflexus comedat, illiſmet inſtrumentis, quibus ferire, vel percutere auſus eſt ei de collo pendentibus. Quòd ſi mors ſecuta fuerit, vel atrox mutilatio, ad Triræmes omninò condemnetur. Quibus pœnis etiam ſubiaceat, qui aliquem enormiter vulnerauerit, aut alicui venenum dederit, & qui hæc, aut ſimilia per alium fieri procurauerit, vel ab eo facienda machinaſſe conuictus fuerit.

Irriſoriè alium nominans. Improperãs delictũ punitum. Prælati modeſtis verbis in ſubditos vtantur.

Homicidæ, & mutilantis pœnæ.

Percutiens, vel occidẽs Prælatum, Prouincialem, aut Generalem.

53 Si verò Prælatum localem gladio, aut baculo, vel alio quopiam inſtrumento percuſſerit, & mors ſecuta fuerit, ad Triræmes mittatur, Superiorum arbitrio. Qui verò Prouincialem, quouis modo etiam leuiter percuſſerit, Generalis arbitrio ad Triræmes mittatur. Si autem gladio, vel quouis alio inſtrumento, ſiuè mors ſecuta fuerit, ſiuè non, ad Triræmes omninò, & perpetuò damnetur. Quòd ſi quis Generalem ipſum etiam leuiſsimè percutere auſus fuerit; is perpetuò ad Triræmes mittatur.

Minans in perſona Fratris, vel percutiens.

Salm. c. 7.

Cõſpiratio, & conſpiratores.

54 Qui per malitioſam concordiam, ſeu conſpirationem aduersùs alium, maximè Superiorem inſurrexerit, omnibus Ordinis officijs priuetur, quouſque per condignam ſatisfactionem à Generali, vel Prouinciali releuetur. Conſpiratio tamen non eſt intelligenda, quando ſubditi aliquid intimare, aut ſignificare Superioribus intendunt.

55 Or-

224.

Salm. c. 7. Vallisolet. 1593. 55 Ordinis diuiſionem quòquo modò procurans, excommunicationis ſententiam Generali reſeruatam, ipſo facto incurrat: & legitimè conuictus, carceri mancipetur, eiuſdem Generalis arbitrio. Quas pœnas, ac inſuper priuationem actuum legitimorum incurrat, qui eiuſdem Ordinis, vel Prouinciæ nouitatem, diuiſionem, vnionem, ordinationem, vel Fratrum amotionem, aut non amotionem, per Prælatos, Principes, Reges, Communitates, vel alios quoſcunque extrà Ordinem, ſuaſerit, vel procurauerit. *Ordinis diuiſionem procurātes.*

Salmant. c. 7. Vallisolet. 1593. 56 Qui ſub prætextu iniuſtitiæ ſibi factæ ad Aduocatos, Procuratores, aut Iudices ſæculares, vel quomodocunque ad ſæculare Tribunal recurrerit pro conſilio, aut auxilio petendo, is actibus legitimis priuatus, & grauius etiam mulctetur arbitrio Superioris.

Pius V. Et ſi Mendicantium. Gre. XIII. Quon'am noſtro. 57 Si quis ad locorum Ordinarios, eiſdem de cauſis recurſum habuerit, grauius etiam puniatur, Prouincialis, vel Generalis arbitrio.

58 Quia verò nonnulli ſuę Profeſſionis immemores, ad Tribunalia prædicta quandoquè appellant, & ad illa confugiunt, ſciant ſe eſſe authoritate Apoſtolica, ipſo facto excommunicatos, nec abſolui poſſe extrà mortis articulum, niſi à Romano Pontifice, ac inſuper de facto incurrere pœnas priuationis officiorum inhabilitationis perpetuæ ad illa, & omnia alia, & vocis actiuæ, & paſsiuæ.

Paulus V. Admonemur. Vrb. VIII. Tol. 1633. 59 Et, nè ad officia, & dignitates per mendicata ſuffragia ambitioſus pateat acceſſus, authoritate Apoſtolica, tàm Generalibus, quàm Prouincialibus in virtute ſanctæ obedientiæ, & ſub excommunicationis pœna ipſo facto incurrenda, præcipimus, & mandamus, nè ad inſtantiam, & requiſitionem quarumcunque perſonarum tàm laicarum, quàm Eccleſiaſticarum extrà Ordinem conſtitutarum, etiam ſi Cardinalitia, vel Ducali, vel Regali, aut Imperiali dignitate præfulgeant cuiuis noſtri Ordinis Religioſo gratiam aliquam concedere, vel pœnas remittere, ſeu gradus, honores, dignitates, officia, adminiſtrationes, functiones, & Prælaturas Ordinis concedere audeant. Procurantes autem ſupradicta per talia media, vel ſpontè oblata acceptan- *Procurātes officia per fauores ſæcularium, ac illa concedentes.*

Ad Tribunalia ſæcularia recurrentes.

Item ad locorum Ordinarios. ceptantes, vel munera aliqua prædictis personis ad hûc effectum exhibentes, ad procurata, & ſimilia officia, ac etiam maiora, perpetuò inhabiles declaramus.

21. Septēb. 1624. 60 Circa incorrigibiles, Decretum de Apoſtatis, & Eiectis à ſacr. Congreg. Conc. Tridentini, de Mandato Sanctiſs. D. N. Vrbani VIII. ſancitum, omninò obſeruetur; vel ad Triræmes, ſeruato iuris ordine, condemnentur. *Incorrigibiles.* *Et ad eos appellantes.*

Salmant. c. 7. Vallisolet. 1593. 61 Qui per ſe, vel per alium, literas, aut ſigilla Prælatorum Ordinis noſtri, aut alterius perſonæ notabilis falſificauerit, ipſo facto ſententiam excommunicationis incurrat, & carceretur ad arbitrium Superioris. Si verò ſigilla, & literæ falſificatæ, fuerint Generalium, ſine eorum aſſenſu, falſarij è carcere liberari non poſsint, ac præterea ad omnia officia Ordinis perpetuò ſint inhabiles. *Literarum, & ſigillorũ falſificatores.*

Salm. c. 7. 62 Qui verò ſupradictas literas per ſe, aut per alium malitiosè deſtruxerit, impedierit, retinuerit, aperuerit, vel quomodòlibet interceperit, ipſo facto actibus legitimis priuatus ſit; Et, ſi ei talis pœna non competeret, probationis caputium deferat, arbitrio Superioris. Hoc autem intelligatur de literis tàm ab eis, quàm ad eos ſcriptis, & de ijs quæ ad eorum Secretarios pertinent. Quibus pœnis ſubiaceant, qui prædictorum literas, ad ipſos miſſas legere, aut aperire malitiosè diſtulerint; nec à prædictis pœnis releuari poſſint, niſi à Generali, vel Prouinciali, prout ad eos reſpectiuè pertinuerit. *Superiorum literas impedientes.*

Ibidem. Vallisolet. 1593. 63 Falsò aliquem infamans, pœna talionis puniatur, nec abſolui poſſit, niſi, prout poterit, famam anteà reſtituat. Quare diſtrictè prohibemus, nè quis, ſub ſigillo Confeſſionis, quidquam dicat, quod in alicuius infamiam, vel quod inter Fratres diſsenſionem, vel ſcandalum generet. *Infamatores.*

Ibidem. 64 Deponens autèm falſum in iudicio, vel deponi procurans, aut reuocans, vel reuocari procurans quod verè depoſitum fuerat, ſit ipſo facto excommunicatus, nec abſolui poſſit, niſi a Prouinciali, ſatisfactione præmiſſa: ſemeſtri carceri mancipetur, infamiſquè perpetuò exiſtat. *Falſum in iudicio deponens.*

Ibidem. 65 Qui tacito nomine, vel ſub nomine alieno libellos

los famoſos fecerit, miſerit, proiecerit, vel quouis modo expoſuerit in alicuius infamiam ipſo facto excommunicationis ſententiam incurrat, qui, ſi in Generalis, aut Prouincialis infamiam facti fuerint, abſolui nō poſſint, niſi per Generalem, aut de eius mandato. In aliorum verò infamiam vergentes, à Prouinciali tantummòdo, ſatisfactione præmiſſa, & conuicti, ad Superiorum arbitrium carcerentur. Libellorum famoſorum fabricatores.

66 Pœnis in ſimoniacos, muneruṁquè largitores latis ſubiaceat, qui, vt gradus, honores, dignitates, vel officia conſequatur, vel in ſui fauorem feratur ſententia, per ſe, vel per alios, dona, aut munera dederit, aut promiſerit. Simoniaci.

Vall. ſolet. 1593. 67 Nullus Fratrum aleis, aut taxillis ludere audeat, ſub pœna carceris, arbitrio Superioris, & priuatione ſuffragiorum per triennium. Luſores.

Salm. c.7. 68 Qui crimen commiſerit, propter quod in ſæculo mereretur mortem, ad perpetuos carceres, aut ad Triræmes perpetuò condemnetur. Condemnatio ad Triræmes.

Rom. 1612 & 1615. Vall. ſolet. 1593. 69 Qui notabili infamia laborauerit ob debita, de quibus apud Prælatos conuictus fuerit, ad omnia Ordinis officia, vltrà pœnas ſibi ob delicta inflictas, perpetuò inhabilis exiſtat. Cui pœnæ ſubiaceant, quicunque infamia laborant. Debita contrahentes. Infamia laborantes.

Rom. 1587 70 Si contingat, per aliquam cauſam extrà Ordinem, cui reſiſti non poterit, condemnatos ad Triræmes, aut ad perpetuos carceres, liberari, ij, omni ſuffragiorum iure, & actibus legitimis perpetuò careant, nec ad ea amplius habilitari poſſint. Condemnati ad Triræmes, perpetuò inhabiles.

Vallisolet. 1593. Decr. S. Officij. 71 Qui in ſanctæ Inquiſitionis Officio, de leui abiurauerit, ad actus legitimos. Qui verò de graui, ad omnia Ordinis officia inhabilis exiſtat. Abiurantes in S. Officio

Rom. 1575 72 Delinquentium punitiones, ſecundùm ſtatuta, non differantur ad Generalis in Prouincias, aduentum, ſub priuatione officij, arbitrio Generalis, niſi impedimenti legitimam cauſam Superiores oſtenderint. Punitiones non differantur.

Vltra. c.6. c.1.3.6.9. cū gl. ſ. & c.1. de Rap. 73 Prouinciales Miniſtri in Hoſpites, & Aduenas in ſuis Prouincijs delinquentes, ordinariam iuriſdictionē habeant eos capiendi, carcerandi, & per determinatas iam pœnas coercendi; Et, ſi ab Ordine expulſi, aut ad Prouincialium poteſtas in foreſes.

Triræmes damnati non fuerint, ad propriam Prouinciam cautè remittantur cum ſententia contra eos lata, quam Ordinarius ipſorum diligenter exequi teneatur, puniendus à Generali, ſi neglexerit.

74 Qui Prouinciali, aut Superiori locali rebellauerit, omni ſuffragiorum iure trienniò careat, & carceri mancipetur ad arbitrium Prouincialis. Rebellis Prouinciali, vel Guardiano.

Rom. 1575 Valliſolet. 1593. Greg. XIII Quoniam noſtro. 75 Qui Commiſſario, à Generali miſſo, reſiſtere, contradicere, ſe opponere, aut rebellem ſe exhibere præſumpſerit, ipſo facto excommunicationis ſententiam incurrat, à qua, niſi à Romano Pontifice, extrà mortis articulum abſolui poſsit: Nec non priuationis perpetuæ officiorum, & inhabilitatis impoſterum, ac vocis actiuæ, & paſsiuæ pœnas ipſo facto. Item Commiſſario, Viſitatori.

76 Quibus omnibus, ac etiam ſemeſtris carceris mancipationi ſubiaceat, qui Miniſtro, vel Commiſſario Generali rebellauerit. Qui autèm rebellauerit Prouinciali, vel eius Commiſſario, ad cauſas particulares, vel ad viſitandam aliquam Prouinciæ partem miſſo, voce actiua, & paſſiua trienniò priuetur, & carceri mancipetur, ad ipſius Prouincialis arbitrium. Item Generali.

Salm. c. 7. Valliſolet. 1593. 77 Nullus inferior pœnas à Superioribus impoſitas alterare, vel remittere valeat, ſub eiſdem, & grauioribus pœnis, Superioris arbitrio. Pœnæ ab inferioribus non remittantur.

Vltra. c. 6. Valliſolet. 1593. Tri. ſeſ. 25 c. 18. de Refor. 78 Pœnas verò ab inferioribus impoſitis, Superiores non remittant, niſi cauſa publicæ vtilitatis, aut alia rationabili, & tunc matura conſideratione adhibita, cauſiſque cognitis, & maturè diſcuſsis. Nec à Superioribus ſine cauſa.

Vallſolet. 1593. 79 Et quia interdum accidit, vt per fictas cauſas nõ nulli gratias extorqueant, propter quas pœnæ illæ inflictæ minuantur, aut remittantur, ſtatuimus, vt Prouincialis de ſubreptione gratiæ, quam ſuper abſolutione alicuius delicti, de quo ipſe inquirere cæperat, aut remiſſione pœnæ, ad quam reus condemnatus fuerat, falſis precibus impetrauit, per ſeipſum ſummariè recognoſcat, & ipſam gratiam, per falſam narrationem obtentam ſuſpendat quòuſquè, Superiore admonito, ab eo fuerit prouiſum. Gratiæ ſubreptitię examinandæ.

De

De Appellatione. §. 6.

Valliſolet. 1593. Trid. ſeſſ. 13. c. 1. & ſeſſ. 24. c. 10. de Ref. & ſeſſ. 22. c. 1. de Ref.

1 CVm appellatio ſit ab inferiore ad ſuperiorem Iudicem prouocatio, vbi appellationi locus ſit, illã admittendam eſſe decernimus: Nè autem malitiæ ſit patrocinium, ſtatuimus, vt in cauſis Viſitationis, & Correctionis, ſiuè habilitatis, ſiuè inhabilitatis, & criminalibus, ante definitiuam ſententiã, ab interlocutoria, vel alio quocũque grauamine, à Prouinciali non appelletur. Nec Prouincialis, vel eius Vicarius appellationi huiuſmodi deferre teneatur, ſed ea, & quæcunquè inhibitio ab appellationis Iudice emanata, necnon omni ſtylo, & conſuetudine contraria non obſtantibus, ad vlteriora procedant. Niſi grauamen, per definitiuam ſententiam reparari, vel ab ipſa definitiua releuari non poſſit, quibus caſibus ſacrorum Canonum ſtatuta illibata permaneant. *Appellatio cõceditur. Appellatio, quando cõcedenda.*

Gre. XIII. Quoniam noſtro.

2 Vbi appellationi locus ſit; à Prouinciali ad Generalem, à Generali ad Protectorem, à Protectore ad Romanum Pontificem, ſupremum in Eccleſia Iudicem appelletur. *Appellationis ordo.*

Pariſien. 1579.

3 Quod de recurſu obſeruandum decernimus, itá quòd Reis non liceat recurſus ad maiores Superiores, niſi poſt ſententiam ab inferiore latam. *Idem in Recurſu obſeruetur.*

Ibidem.

4 Si autèm Reus appellauerit, Prouincialis copiam proceſſus infra 30 dies ei aſſignare teneatur clauſam & ſigillatam, per ipſum Reum, ad Iudicem appellatum deferendam, cum licentia ad illum accedendi; niſi ſit de fuga ſuſpectus, quo caſu remaneat in loco detentionis, & proceſſum Iudex à quo ad Iudicem, ad quem eſt appellatum, tranſmittat. *Appellanti acta conceda[n]tur, & obediẽtiales literæ.*

Ibidem.

5 Et, ſi Reus fuerit repertus indebitè iudicatus, vel grauatus, puniatur Iudex, à quo fuit appellatum. Si verò rectè iudicatus inueniatur, duplicetur ei pœna. *Appellans debitè ſubleuandus; indebitè, puniendus.*

Ibidem.

6 Si, non expectata ſententia, Reus Superiorem adierit: ad Iudicem, à quo receſſit, remittatur, vt eius judicium expectet, & tanquam Apoſtata puniatur. *Nõ adeatur Superior, niſi poſt ſententiam.*

Ibidem.

7 Iure appellans, coràm Iudice, ad quem appella-

uit, acta primæ inſtantiæ producat; quibus non viſis, ad abſolutionem, aut cauſæ cognitionem, ſub pœna nullitatis, Iudex non procedat. *Non viſis actis Superior de appellatione non decernat.*

Ibidem. 8 Iudex, à quo appellatur intra 30. dies, acta ipſa poſtulanti exhibeat, alioquin, ſine illis cauſa appellationis terminetur, prout iuſtum fuerit. *Intra 30. dies acta cócedátur.*

Valliſolet. 1593. 9 Si autem in partibus cauſa appellationis committenda ſit, alicui probatiſſimo Patri ex propinquioribus Prouincijs committatur, qui nulla ratione ſit ſuſpectus. *Cauſæ appellationis probatiſſimis cómittendæ.*

Neapol. c.37. 10 Qui hunc recurſus ordinem temerè violauerit, omni ſuffragiorum iure trienniò careat, & bimeſtri carceri mancipetur. *Violans ordinem recurſus, punitur.*

Officiales Ordinis. §. 1.

Cap.8. *VNiuerſi Fratres vnum de Fratribus iſtius Religionis, teneantur ſemper habere Generalem Miniſtrum, & ſeruum totius Fraternitatis, & ei teneantur firmiter obedire. Quo decedente, electio ſucceſſoris fiat à Miniſtris Prouincialibus, & Cuſtodibus in Capitulo Penthecoſtes, in quo Prouinciales Miniſtri teneantur ſemper inſimul conuenire vbicunque à Generali Miniſtro fuerit conſtitutum, & hoc ſemel in tribus annis, vel ad alium terminum maiorem, vel minorem, ſicut à prædicto Miniſtro fuerit ordinatum, &c.*

Firman: Ord. Salmant. c.8. Vltramon. c.7. Valliſolet. 1593. 1 OFficiales Ordinis: ſunt Miniſter, Vicarius, Cómiſſarius, Definitores, & Procurator Generales: Miniſtri, Vicarij, Commiſſarij, Cuſtodes, Definitores, & Viſitatores Prouinciales: Guardiani, Præſides, Vicarij, Commiſſarij. *Officiales Ordinis, qui.*

Ele-

Electiones in genere. §. 2.

Vall. ſolet. 1593. Trid. ſeſſ. 25. c. 26. 1 ELectiones omnes, & Canonicas eſſe, & per vota ſecreta fieri debere, ex Tridentina Synodo cautum eſt. Electiones autèm canonicæ d cuntur, quæ à maiori parte Capituli celebrantur. Maiorem partem quilibet exceſſus facit, ità vt, ſi vota nouem fuerint, quinque ſit maior pars; vnde ad faciendam canonicam electionem, quinque vota ad minus requiruntur. *Electio canonica, debet eſſe ſecreta, & à maiori parte.*

Diſquiſitores. §. 2.

Salm. c. 8. Vallisolet. 1593. c. qualiter. & quãdo, de elect. 1 CVm ſine Diſquiſitoribus canonica electio celebrari non poſſit, dicimus, Diſquiſitores neque plures ſex, neque minores duobus eſſe debere; Qui ſint de corpore Capituli: niſi propter paucitatem Vocalium, communi conſenſu, exterum aliquem quandòque inſtitui placeat, quo caſu, ſi communis conſenſus acceſſerit, duo tantum Diſquiſitores deputari poterunt. *Diſquiſitores quot eligendi.*

Ex veteri conſuetudine. 2 Diſquiſitores in Generali Capitulo à Miniſtro Generali, ſiuè ipſo abſente, ab antiquiore in Ordine Diſcreto, proponendi ſunt, & communi conſilio, & conſenſu Diſcretorum Ordinis, & Definitorum Generalium præcedentis Capituli inſtitui debent. *A quibus proponendi, & eligendi tàm in Capitulo Generali.*

3 In Capitulo autem Prouinciali, proponantur ab eo, qui electioni præfuerit, & communi conſilio, & conſenſu Patrum Prouinciæ, & Definitorum præcedentis Capituli inſtituantur. *Quàm Prouinciali.*

Ele-

Electionis modus. §. 4.

Veter. conſuet. Valliſolet. 1593. Salm. c.8.

1 Diſquiſitores ſic inſtitutos, & coràm Præſide, & Capitulo genuflexos, ad ſeruandum ſecretum, electionis Præſes adſtringat, ſub excommunicationis pœna, ipſo facto incurrenda, ità quòd, nec verbo, nec ſcripto, nec actu, neque aliquo alio modo eligentium nomina vllo tempore publicare poſſint.

Ad ſeruandum ſecretum adſtringantur.

2 Diſquiſitores deindè conſurgant, & loco patenti, & coram Capitularibus omnibus, vt à cunctis facilè videri poſsint, ad Menſam ad hoc paratam ſedeant.

Vbi ſedere debeant.

3 In eadem Menſa ſint duo vaſa pro ſuffragijs ferendis, & inſtrumenta ad ſcribendum neceſſaria. Diſquiſitores habeāt etiam ſchędulam, ſeu ſolium vnum, in quo eligentium omnium nomina ſint deſcripta. Qui autem eorum pro dignitate, vel pro habilitate medius ſederit; fungatur officio Secretarij.

Menſa corā ipſis cum votis & ſcribēdi inſtrumentis paretur.

Rem. 1587 Sixt. V.

4 Quia verò ex ſacr. Trident Synodo forma electionis celebrandæ per vota ſecreta non præſcribitur, idcircò per ſchædulas ſecretas fieri decernimus.

Electio per ſchedulas fiat.

Salmant. 1618.

5 Qui autem ſibi ipſi in electionibus votum præbent, voce actiua, & paſſiua perpetuò priuentur.

Votum ſibi nemo dare poteſt.

Ibidem.

6 Omnes ſchedulæ in electionis vaſe illatæ, à Præſidente, coram ipſis Diſquiſitoribus ſupra Menſam extrahantur, & diligenter numerentur.

Schedulæ extrahātur, & numerentur.

Ibidem.

7 Quibus numeratis, & inſpectis, ſi nullus error ſit, ab ipſis Diſquiſitoribus, coram Præſide legantur, & ab eo, qui Secretarij officio fungitur, in eo ſolio, in quo omnium Electorum nomina deſcripta ſunt, diligenter notentur: alijs Diſquiſitoribus inſpicientibus: ſed in electione Generalis Miniſtri, duo ex vtriuſque Familiæ Diſquiſitoribus hinc indè Secretarij fungentur officio.

Legātur, & notentur.

Clem. exiui de Parad. de Verb. Vltra. c.7.

8 Quibus omnibus notatis, ſi electio facta fuerit, ab eodem Scriba, intelligibili voce publicetur: ſi verò facta non fuerit, iterentur ſcrutinia eodem modo, donec electio fiat; ità tamen, vt intrà diem vnum, ideſt ab ortu Solis, vſque ad occaſum fiat. Qua intra tale tem-

Electio facta publicāda.

tempus non facta; poſſit Præſes, ſecundùm iuris diſpoſitionem, quem voluerit, eligere. Si autèm Prouincialis electio fuerit, ad Generalem deuoluatur. Intereà Commiſſarius per Præſidem inſtituatur, & acta capitularia quæcunquè terminentur, & perficiantur. *Electio, intra diem nõ facta, ad Superiorem deuoluitur.*

Clem. cit. Vltra c. 7. 9 Si verò Miniſtri Generalis fuerit, & in Vigilia Penthecòſtes electus non ſit, electio eius ad Sedem Apoſtolicam, eo ipſo deuoluta ſit, & per Capitulares ea vice celebrari amplius non poſſit. *Et ad Papã, ſi fuerit electio Generalis.*

10 Id ipſum reſpectiuè ſeruandum erit caſu, quo electores ſcienter indignum eligerent. *Indigni electio, nulla.*

Vltr. c. 7. Salm. c. 8. 11 Electione facta, Secretarius Scriba conſurgat, & intelligibili voce pronunciet: *Publicandæ electionis forma.*

In Nomine Domini. Amen. Hæc eſt electio R. P. Miniſtri N. Ordinis Minorum Regularis Obſeruantiæ per Patres Vocales in loco N. capitulariter, ac legitimè congregatos, anno Domini N. die N. menſis N. *canonicè, & ritè celebrata, in qua quidem electione P. Fr. N. habuit vota ...... & R. P. Fr. N. habuit vota ....* Et incipiat ab ijs qui pauciora habuerunt vota, & cum ſenunciare voluerit nomen eius, qui eſt electus pronunciato numero eorum, qui ſuffragati ſunt, dicat. *Et ego Frater N. eiuſdẽ Ordinis Profeſſor, vnus ex Diſquiſitoribus, & Compromiſſarijs, virtute compromiſſi in me, & in ſocios meos limitati, nomine omnium, qui in dictam Electionem conſenſerunt, præfatum P. N. Miniſtrum Prouincialem canonicè electum nomino, & ſic electum denuncio, in Nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti. Amen.* Mutet autem Secretarius nomen, & titulum, pro electionis diuerſitate, & ſi fuerit Prouincialis, dicat, *Miniſtri huius Prouinciæ N.* addito titulo: *Admodum Reuerendi*: ſi verò fuerit Generalis: *Hæc eſt electio Reuerendiſſimi Patris Generalis Miniſtri totius Ordinis Minorum.*

Publicatione facta, Cantores Hymnum: *Te Deum laudamus*: canora voce inchoantes, cæteri proſequantur, ad Eccleſiam ordine procedentes, vbi debent recitari Verſus, & Orationes ſequentes.

Vltra. c. 7. Ius comm. cõſuetudo. 12 Quicunquè ſic electus, præter Generalem Miniſtrum, nullam habeat authoritatem, niſi prius confirmatus

matus fuerit à Præſide electionis, qui, niſi cauſa legitima ſubſit, confirmabit electum. Ipſe autem, ſi electioni de ſe factæ conſenſum præbuerit, ſtatim officium acceptare, & exercere teneatur.

Electio omnis, præter Generalis, confirmanda.

Pius V. Paſtoralis. Comp. privil. 5. electio. § 4. Vltra. c. 9.

13 In electionibus, & confirmationibus prædictis, Electores, & Confirmatores ſolemnitatibus, aut formis Iuris non arctentur, nec electiones ipſæ, quonis prætextu arctari poſſint, aut debeant. Quare, ſi quis abſque Apoſtolica authoritate electiones coarctauerit, officio priuatus exiſtat.

Electio arctari nō poteſt. Solemnitates iuris nō ſeruandæ.

Trid. ſeſſ. 25. c. 6. Vrb. VIII. Circumſpecta.

14 Abſentium vota ſuppleri non poſſint, nec alicui ſuum votum committere, aut per Procuratorem ſuffragari in Capitulis, & Congregationibus liceat.

Nec vota ſuppleri, nec per Procuratorē dari poſſunt.

Salm. c. 8. Rom. 1639

15 Vt autem ſuffragia ſemper ſecreta remaneant, facta electione, ſchedulæ mox coram omnibus capitularibus comburantur. Quod etiam fiet, quoties in ſcrutinio error inciderit, vel electio facta non fuerit.

Schedularū combuſtio.

Qualitates Promouendorum.

§. 5.

Valliſolet. 1593. Paulus IV. Gre. XIII.

1 DEſcendentes ex Iudæis, Mauris, Machomettanis, vel Hæreticis damnatis, quorum ſtatuæ, aut oſſa combuſta ſunt, ſi ad Religionis habitum recepti fuerint, ad omnia Ordinis officia, & ad vocem actiuam, & paſſiuam perpetuò declarantur inhabiles, cum quibus, abſque authoritate Apoſtolica, diſpenſari non poteſt.

Ex maculato genere orti, ad officia inhabiles.

Sixt. V. Cum de omnibus. Gre. XIII.

2 Procreati ex ſacrilegio, licèt ad habitum recipi, ad Ordinis tamen officia, & dignitates promoueri non poſſunt.

Itèm ex ſacrilegio procreati.

Valliſolet. 1565. & 1593.

3 Illegitimè nati, etſi ex cauſa recepti fuerint, ad ſupradicta tamen Ordinis officia, & dignitates inhabiles declarantur, niſi cum eis fuerit diſpenſatum.

Ac etiam illegitimi.

Ibid. & ex Conſt. Apoſtolicis.

4 Omnes ſupradicti ſuffragiorum Iure perpetuò priuantur, &, ſi quando cum eis ad Officia diſpenſatum fuerit, id non valeat, niſi per literas Miniſtri Generalis propria manu ſignatas, & ſigillo officij ſui munitas conſtiterit.

Circa hos, qualis diſpēſatio neceſſaria.

Capi-

Capitulum Generale, quo loco, & tempore celebrandum. §. 6.

Leo X. Ite & 10ſ.

1 LIcèt, ex Regula Capitulum Generale ſingulo triennio celebrãdum eſſet, & quo loco, & tempore cõuocandum ſit, ad Miniſtrum Generalem pertineat, attàmen, diſpoſitione Apoſtolica, & ad conſeruandam pacem, & concordiam, ſingulo quoquè ſexennio, modò in Ciſmontanis, modò in Vltramontanis partibus, alternis vicibus, vbi à prædicto Miniſtro Generali, de Diſcretorum Ordinis conſilio conſtitutum fuerit, celebrandum eſt.

Locus, & tẽpus Capituli Generalis à Generali indicanda.

Singulo ſexennio generale Capitulum celebrandum.

Salm. c. 8.

2 Vrgentibus autèm cauſis, licitum erit Generali Miniſtro, de aliquorum Patrum Ordinis cõſilio, locum mutare. Tempus verò Generalis Capituli ità arctatum eſt ad Vigiliam Penthecoſtes, vt, nullo prætextu, illud produci, aut contrahi poſsit.

Locum, nō tempus Capituli, Generalis mutare poteſt.

Ibidem.

3 Si omnes, qui Generali Capitulo, quauis ratione, vel conſuetudine intereſſe debent, ad præſcriptum tempus non conuenerint, non omittenda erunt propterea quæ capitulari loco, & tempore tractari, terminari, & expediri oportebit.

Defectus Vocalium, Capitulum nō retardat.

Ibidem.

4 Immò, ſi Generalem Miniſtrum etiam deeſſe contigerit, aut quàmplurimi Vocales defuerint, Generale tamen Capitulum, præſcripto tempore celebrandum eſt.

Etiam ſi Generalis ipſe deeſſet.

Salmant. c. 8. Valliſolet. 1593.

5 Quòd ſi Generalis Miniſter opportuno tempore non venerit, Diſcretus Ordinis antiquior, qui Generali Capitulo interfuerit, illi præſidebit, niſi ipſe Generalis Miniſter, de plenitudine poteſtatis, alium ſpecialem Commiſſarium, & Præſidem ad id delegauerit.

In abſentia Generalis, quis Præſide re debeat.

Salmant. c. 8.

6 Tempore, quo generale Capitulum celebratur, in Prouincijs, donec Prouinciales Miniſtri, & Cuſtodes ad propria redierint, nihil omninò innouetur.

Tempore Gen. Capit. nihil innouetur.

Ibidem.

7 Si autèm contigerit, Guardianum aliquem, aut Monialium Confeſſarium crimen admittere, propter quod, eius punitio, ſine ſcandalo differri non poſſit, eo caſu, Commiſſarius Prouinciæ, de conſilio, & conſenſu

Niſi in caſu vrgenti.

Patrum criminoſum punire, alium eius loco, vſquè ad reditum prædictorum à Capitulo Generali ſubſtituere poterit, & quidquid ſecùs attentatum fuerit, irritum, ac inane decernimus, & contrâfacientes ſuffragiorum iure, & officio quocunquè, ipſo facto priuamus.

Rom. 1639 — 8 Quòd ſi Commiſſarius Prouinciæ mori, aut deeſſe contigerit, Prouinciæ regimen ad digniorem ipſius Patrem, vſque ad Prouincialis regreſſum deferatur. — Si Commiſſarius [Prouinciæ moriatur, quis gubernabit?

Agenda antè Capitulum Generale.

§. 7.

Vallisolet. 1593. — 1 DE tempore, & loco, quibus Generale Capitulum celebrandum eſt, Generalis Miniſter vniuerſum Ordinem admoneat, & illis, qui ad illud accedere, & intereſſe debent, per literas citatorias opportunè ſignificet. — Literis Gener. Capitulum indicetur.

Ibidem. Trid. ſeſſ. 24. c. 1. d. Reſor. — 2 Quod vbi primùm ſignificatum fuerit, preces publicè, & priuatim fiant, & à Prouincialibus per omnes Prouincias indicantur, quibus bonum à Deo Paſtorem impetrare mereantur. Inter cætera verò, à Reſurrectione Domini, vſque ad diem electionis, ſingula quinta feria, fæſto ſolemni non impedita, Miſſa de Spiritu ſancto in ſingulis Conuentibus, huius rei gratia decãtetur, & à ſingulis Sacerdotibus Stata ſaltem Oratio dicatur. Quotidiè autèm Hymnus: *Veni Creator Spiritus*: cum Verſiculo, & Oratione de Spiritu ſancto, de B. Virgine, ac Seraphico P. S. Franciſco. In Choro dicatur, aut decantetur, vt vſu venerit opportunius. Ab Aſcenſione Domini, vſque ad Penthecoſtẽ, ſingulis diebus fæſtiuis, per Eccleſias, & Clauſtra, fiant Proceſſiones, ac Litaniæ decantentur. — Preces publicæ vbiquè fiant.

Vallisolet. 1593. — 3 Omnia autèm, & ſingula hæc reſpectiuè in Congregatione Generali, & Prouincialibus Capitulis ſeruentur, vt ſemper meliores Prælatos à Deo impetrare poſſimus. — Sicuti etiã in alijs] Capitulis.

Vocandi ad Capitulum Generale.

§. 8.

Valliſolet. 1593. Vltram. c. 7. 1 PRimò vocandi, ſunt Diſcreti Ordinis, quia Generalis Miniſtri ſyndicatus ad eos pertinet. *Diſcreti Ordinis, ad Capitulum accedant.*

2 Secundò, Prouinciales Miniſtri, & Cuſtodes Cu- *Leo X. Ite & vos. Salm. c 8.* ſtodum, ad quos Generalis Miniſtri, & Commiſſarij Generalis, ſecundùm Bullam vnionis, & Definitorum Generalium electio ſpectat, qui omnes, ſub pœna priuationis officij, & vocis actiuæ, & paſſiuæ per tres annos, eo ipſo incurrenda, accedere debent, niſi legitimo impedimento, Generali Capitulo probato, detineantur. *Item Miniſtri, & Cuſtodes.* *Pœnæ non accedentiũ.*

Salm. c. 8. 3 Si Prouincialis Miniſter ad Generale Capitulum accedere non poſſit, à Definitorio eligatur Commiſ- *Cong. Gen. Rom. 1615 Ibidem.* ſarius, qui Prouincialis votum deferat ad Capitulum. Ad quod officium eligi non poſſit, qui in Prouincia legitimè incorporatus non fuerit. *Commiſſarij, quando deſtinandi.*

4 Declaratur, nullum Prouincialem poſſe deſtinare *Ibidem.* aliquem, vt deferat ſuum ſuffragium ad Capitulum, vel Congregationem Generalem, ſi in itinere defecerit, quia tunc non adeſt Definitorium ſupradictum. *A ſolo Prouinciali deſtinari non poſſunt.*

8 In euentu autèm, quòd Cuſtos Cuſtodum legitimè impeditus, nequeat adire Capitulum, eligatur à Prouinciali, & Definitoribus Prouinciæ alter Cuſtos; Declarantes, primum Cuſtodem in Capitulo electum non gaudere exemptione Patris Prouinciæ, ſed ſecundò electus, qui defert votum ad Capitulum, in ſuo reditu intrabit Definitorium, cum alijs Definitoribus. *Secũdo Cuſtode in primi defectũ electo, primus nõ eſt amplius Cuſtos.*

Cuſtodes, quales, & quomodo eligendi.

§. 9.

Salm. c. 8. 1 CVſtodes, eligantur ſemper in Capitulis immediatè præcedentibus Capitulum Generale. *Cuſtodes, quando eligendi.*

Ibidem. 2 Sunt primi Definitores Prouinciæ, vnde qualitatibus ad Definitores requiſitis præditi eſſe debent. Quales eſſe debeant.

Neap.c.32. Valliſolet. 1593. 3 Eorum officium durat à Capitulo, in quo eliguntur, vſque ad ſequens Capitulum Prouinciale. Eorum duratio.

Cong.Gen. Rom.1603 Rom.1639 Salm. c. 8. 4 Teneantur ſecum afferre patentes literas eorum electionis, Prouincialis, ac Patrum propria manu ſignatas, exhibendas Patribus in Capitulo Generali legitimè Congregatis. Quid deferre ad Gen. Capitulum tenentur.

Vltram. c.7. 5 Ac etiam ſcripturas publicas, ſi quæ aderunt contrà Generales, vel Prouinciales, aut teſtimoniales literas, quibus appareat, tales ſcripturas non adeſſe, eaſquè *Ibidem. Valliſolet. 1593.* Prouincialis, & Patrum manu ſignatas, ac maiori Prouinciæ ſigillo munitas; quas qui non detulerint, ad ferenda ſuffragia, in Capitulo Generali non admittantur.

Rom.1587 pro Hyſpanis. 6 Modus autèm formandi tales ſcripturas, hic erit; Præſes Capituli, vel Congregationis intermediæ immediatè antecedentis Capitulum Generale, eliget vnū Notarium, & duos teſtes probos, & peritos, qui præfatorum Prælatorum defectus, ſi qui fuerint, ab omnibus Vocalibus ſecretò excipiant, eligant, nominentque. Si verò Congregatio pro alia re determinanda, vel ad hunc effectum ſpecialiter cogenda erit, ante Capitulum Generale, vt dictum eſt; Prouincialis monebit ſuos Guardianos, quatenus in ſuis Conuentibus, electis Notario, & teſtibus, de huiuſmodi Superiorum defectibus ſecretò inquirant, &, ſi quid aduerſus eos inuenerint, id Chirographo communitum, atque ſigillo firmatum, vt nulli alteri conſtet, ad dictam Congregationem tranſmittant. Præfatæ verò Congregationis Patres, iuxtà à Guardianis tranſmiſſa, proceſſum inſtituent, nihil interim admittentes, quod per fide dignos teſtes probatum minimè fuerit, à quarum Informationum diſcuſſione, ſi contrà Prouinciales fuerint, ipſi abeſſe debebunt, & has ſcripturas Cuſtodibus poſteà conſignabunt. Modus formandi proceſſus ad Capitulum deferendos.

Salm.c.8. 7 Cuſtodes exactis officijs, inter Patres ſuæ Prouinciæ numerentur. Sunt Patres Prouinciæ.

Greg. XV. Militātis Eccleſiæ. Rom.1639 8 Quorum nullus prorogari poſsit vltra triennium, nec reeligi niſi tranſacto ſexennio; ſub pœna nullitatis electionis, niſi duos annos non compleuiſſet, quia tunc ad idem officium reeligi poterit. Vacare debent ſaltem per triēniū.

9 Electi

Rom.1639 9 Electi autèm in ſolo Definitorio extrà Capitulum, niſi per duos annos integros functi fuerint Cuſtodiatus officio, vel Capitulum, ſeù Congregationem Generalem ſuffragaturi acceſſerint, Cuſtodum, qui officium abſoluerunt, priuilegijs minimè gaudeant. Electi à Definitorio, quo gaudeant.

Cong. Gen. Rom.1615 Rom.1642 10 Nullus Cuſtodum eligi poſſit ex aliena Prouincia, nec ad id deſtinari qui in illa legitimè incorporatus non fuerit, ſub pœna priuationis vocis actiuæ, & paſſiuæ, & nullitatis electionis ipſo facto. Ex aliena Prouincia eligi non poſſunt.

Rom.1639 11 Cuſtodem autem, mox officio functum, immediatè eligi in Definitorem ſub electionis nullitate vetamus, niſi duos integros annos Cuſtodiatus non compleuiſſet. Cuſtos in Definitorē eligi immediatè non poteſt.

Expenſæ pro euntibus ad Capitulum Generale. §. 10.

Rom.1571 1 CVm Prouinciales Miniſtri, & Cuſtodes ex præcepto Regulæ ad Capitulum Generale accedere teneātur, & quandoq. in remotioribus partibus celebrari contingat, decernimus, vt omnes ſumptus pro itinere neceſſarij, per Prouincias, iuxtà contributionem, Patrum iudicio, per ſingula loca proportionaliter taxandā, prouideantur, ſub pœna priuationis officij renitentibus, vel negligentibus, etiam Superioribus localibus, ipſo facto incurrenda. Prouinciæ, ſumptus Vocalibus ſubminiſtrent.

Valliſolet. 1593. 2 Euntes autèm admonemus in Domino, vt ità parcè, & modeſtè ſe gerant in itinere, vt ſanctæ paupertatis ſemper meminerint, prout ex inſtituto tenentur. Modeſtia inter eundum, Vocales vtantur.

Agenda in Capitulo Generali. §. 11.

1 OMnes Vocales vbi primùm, ad præſcriptum locum, & tempus peruenerint, gratias in primis Deo agant pro ſingulari eius beneficio, ac miſericordia, pro totius Ordinis vtilitate impetranda, & id ſolemni ſono campanarum ſignificent, & per Vocales poſt quā ad Capitulū peruenerint, gratias Deo agant.

per capitularem Eccleſiam, & locum, Proceſsione facta; Miſſa ſolemnis pro gratiarum actione cantetur.

Pius V. Gre. XIII. Vltra. c. 7. 2 Deinde Patres Ordinis, & Diſcreti tùm perpetui, tùm temporales, pro Generalis Miniſtri, ac Commiſſarij ſyndicatu, in loco deputato conueniant. Cõgregatio pro ſyndicatu Generalis.

Ibidem. 3 Ijs congregatis, Generales recedant, & ad Patres congregatos omnes Prouinciarum Miniſtri, & Cuſtodes vocati accedant, &, ſi quas aduersùs prędictos proceſſus, & querelas, aut ſcripturas, vt ſupra, ex Prouincijs habent, eiſdem Patribus exhibeant. Ad eam qui accedere debent.

Ibidem. 4 Quibus auditis, viſis, & conſideratis, ſi quid aduerſus eos graue probatum ſit, aut vehementer inditiatum, vocentur ſigillatim, & ſeorſim audiantur, & de iure negocium terminetur. Ita tamen, vt non priuentur officio, neque ſuſpendantur, neque aliqua grauis pœnitentia imponatur eiſdem, donec renunciauerint officia: quod fieri debet antè electionem futuram, pro veteri conſuetudine. Cauſæ ſyndicatus examinentur. Generales Officio non priuentur.

Ibidem. Gre. XIII. 5 Syndicatū facto, vterque in Definitorium admittatur, & Generalis Miniſter in omnibus præſideat, donec officio renunciauerit. Poſt ſyndicatum, Generales ad Definitoriũ admittantur.

Vallisolet. 1593. 6 Generalis Miniſter poſteà, de conſilio, & conſenſu dictorum Patrum, deputet cauſarum Auditores, qui ad Congregationem referant quidquid iudicandum cenſuerint, & cætera diſponantur negocia, prout tempus poſtulauerit. Auditores cauſarum deputandi.

Ibidem. Salm. c. 8. Vallisolet. 1593. 7 Congregatis Vocalibus in loco Capituli quinta feria antè feſtum Penthecoſtes, hora competenti Miſſa ſolemnis de Spiritu ſancto ſolemniter decantetur; & omnes ad Eccleſiam proceſsionaliter procedẽtes, piaſquè preces decantantes, Sanctiſsimum Chriſti Corpus exponant, quouſque electio facta fuerit, diſtributis per horas Fratribus, qui Deum pro fælici exitu ſupplicent, & exorent. Feria ſexta, quieſcant omnes, & inter ſe conferant omni ſubornationis ſuſpicione remota. Oratio 40. horarum in Capitulo.

Ibidem. 8 Die Sabbati ſummo mane, non ſolùm Capitulares, ſed reliqui omnes ſacramentali Confeſsione præmiſſa, celebrent, & qui celebrare non poſſunt, aut Sacerdotes non fuerint, communicent. Hora verò competenti, Miſſa de Spiritu ſancto ſolemni ritus apparatu, Die electionis omnes celebrent, & communicent.

paratu, & cantu ſolemniter celebretur.

Ibidem. Salm. c. 8. 4 Poſt hæc, iuſſu Generalis Miniſtri, dato campanæ ſigno, Capitulares omnes in locum, ad electiones celebrandas deputatum, conueniant, & clauſis oſtijs, nemini exire liceat, niſi vrgente neceſſitate, donec Generalis Miniſtri electio facta ſit, ità quòd eo die Sabbati ordo habeat alium Generalem Miniſtrum, ſiuè præſentem, ſiuè abſentem; ſecùs ad Summum Pontificem electio deuòluatur. Coacto Capitulo, nullus diſcedat, ſed omni o Generalis fiat.

10 Conſedentibus igitur Capitularibus, ſermo de more habeatur, quo, ad bonam electionem omnes ſuadeantur. Oratio, in Capitulo habenda.

11 Quem ſubſequetur breuis quidem, ſed efficax adhortatio facta ab eo, qui Capitulo prçſederit, vt illum in Generalem Miniſtrum eligant, qui tanto muneri par eſſe poſſit. Veter. conſuet. Vallisolet. 1593. Adhortatio facienda.

12 Qui cùm perorauerit, Capitulares genuflexos generali confeſſione per eos de more præmiſſa, ad effectum electionis celebrandæ, ſub forma ſequenti, generaliter abſoluat. Trid. ſeſſ. 24. c. 1. & 12. Abſolutio in Capitulo danda.

Forma abſolutionis, in omnibus Capitulis Generalibus, & Prouincialibus, ante electionem dandæ.

§. 12.

1 *Miſereatur veſtri, &c. Indulgentiam, &c. Dominus noſter Ieſus Chriſtus vos abſoluat, & ego authoritate ipſius, ac Beatorum Apoſtolorum Petri, & Pauli, ac ſanctæ Sedis Apoſtolicæ mihi in hac parte commiſſa, & Vobis conceſſa, abſoluo Vos ab omni vinculo excommunicationis, ſi quam incurriſtis, & reſtituo Vos vnioni, & communioni fidelium, & participationi Sacramentorum, diſpenſando Vobiſcum in omni ſententia irregularitatis, ſi qua innodati eſtis: & ad effectum electionis, canonicè ac ritè per Vos nunc celebrandæ, quatenus opus ſit, & in-* Conferentia inter Patres.

& indigetis, Vos habilito, In nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti. Amen.

Abſolutione peracta, Præſes Capituli genibus flexis Hymnum: *Veni creator Spiritus*: præcinat, quem Capitulares alternis vocibus proſequentes ſuccinant, eoquè finito ſequentes Verſus cum ſuis Reſponſorijs canantur.

℣. *Adiutorium noſtrum in nomine Domini.*
℟. *Qui fecit cælum, & terram.*
℣. *Sit nomen Domini benedictum.*
℟. *Ex hoc, nunc, & vſque in ſæculum:*
℣. *Deus virtutum conuertere.*
℟. *Reſpice de cælo, & viſita vineam iſtam.*
℣. *Memento congregationis tuæ.*
℟. *Quam poſſediſti ab initio.*
℣. *Ne reminiſcaris iniquitatum noſtrarum antiquarũ.*
℟. *Sed citò anticipent nos miſericordiæ tuæ.*
℣. *Elige Dauid ſeruum tuum.*
℟. *Paſcere Iacob, & Iſrahel hæreditatem tuam.*
℣. *Emitte Spiritum tuum, & creabuntur.*
℟. *Et renouabis faciem terræ.*
℣. *Domine exaudi orationem meam.*
℟. *Et clamor meus ad te veniat.*
℣. *Dominus vobiſcum.*
℟. *Et cum ſpiritu tuo.*

OREMVS.

Deus, qui corda noſti omnium, cui omnis voluntas loquitur, & quem nullum latet ſecretum; oſtende nobis quem elegeris accipere locum Miniſterij huius, in quo, pio in nos ſtudio, ſemper tibi placitus, familiam tuam virtutibus inſtruat, & fidelium mentes Spiritualium aromatum odore perfundat. Per Chriſtum Dominum noſtrum. ℟. *Amen.*

2 Poſtea, vt ſuprà dictum eſt, per Generalem Miniſtrum, tres Diſquiſitores ex vna Familia, & tres ex altera proponantur, & inſtituantur, atquè Sacramento adſtringantur. Vbi Diſquiſitores eliguntur.

Salm. c.8. Vltra. c.7. Conſuetudo.

3 Tunc

Ibidem. Vallisolet. 1593. 3 Tunc Generalis Miniſter, & Commiſſarius officijs renuncient, & culpas coràm omnibus Vocalibus genuflexi recognoſcant. Generales renunciant.

Ibidem. 4 Quibus Præſes Capituli, pro laboribus, & meritis gratias agat, aut pro demeritis pœnas imponat, prout iuſtitia ſuaſerit. Laudantur, aut reprehenduntur.

Ibidem. 5 Diſquiſitores autèm, vt ſuprà inſtituti loco aperto, & conſpicuo ſedeant ad menſam, ad quos vocales omnes ordine vocati ſeorſim accedant, & ſuffragia ferant. Vocales accedunt.

6 Facta verò electione Generalis, liberum ſit, electiones Commiſſarij Generalis, & Definitorum, aut mox proſequi, aut in alteram eiuſdem diei horam diſferre, prout opportunius Præſes iudicauerit. Electionis autèm publicatio fiet iuxtà formam ſuperius traditam. Qua pronunciata, Cantores, *Te Deum laudamus*, inchoabunt, & reliqui omnes alternatim ſolemniter proſequentur, ad Eccleſiam proceſsionaliter procedentes, & Generalem deducentes, vbi per Præſidentem conſueti Verſus cantabuntur, & ad calcem, *Benedicamus, &c.* Quibus peractis, Generali Miniſtro in loco ad hoc parato ſedenti, Capitulares, & reliqui omnes debitam reuerentiam, & obedientiam præſtent: Quæ in Generali congregatione, & Prouincialibus Capitulis ſemper obſeruari mandamus. Ipſe verò Generalis Miniſter, authoritate Apoſtolica, & vi præſentis Statuti, ſtatim, ac electus eſt, confirmatus cenſeatur. Generali electo, in Eccleſia obedientia præſtatur.

Habentes votum in electionibus omnibus Capituli Generalis, vel Prouincialis. §. 13.

Cle. VIII. Seraphicum Ordinem. Greg. XV. Militantis Eccleſiæ. 1 IN omnibus electionibus quibuſcunque, ac Definitorijs, Capitulis, & Congregationibus, tàm Generalibus, quàm Prouincialibus, votum electiuum, deciſiuum, & conſultiuum, &, ſi per temporis lapſum liceat, etiam paſſiuum, habent, in toto

O qui-

Pius V. Gre. XIII. Neap. c. 32 Salmant. c. 8.

Generales emeriti, in quibus voto habent.

quidem Ordine qui Miniſtri Generales fuerunt, & qui Vicarius Generalis Ordinis per biennium officio functi ſunt, tanquam Patrès, & Diſcreti perpetui vtriuſquè Familiæ.

Vallisolet. 1593.

Ibidem. & Leo X. Ite & vos.

In quibus, & Commiſſarij Generales.

2 In ſua autèm Familia reſpectiuè, in electione Commiſſarij Generalis, ſecundùm Bullam Vnionis, & omnium aliarum, tàm in Cõgregatione Generali, quàm extrà, & præterea in electione Vicarij Generalis Ordinis, ex ſua Familia eligendi, ac in electione Miniſtri Generalis, vbicunquè eligi contigerit, votum ſupradictũ habent, qui Commiſſarij Generales electi ſecundùm Bullam Vnionis fuerint, ſiuè officio fungantur, ſiuè functi ſint tanquàm alterius Familiæ Patres, & Diſcreti perpetui; qui & vocari debent, vbi in ſua Familia Patrum, & Diſcretorum Ordinis, & Prouinciæ in qua reperientur, Congregatio, vel conſultatio fieri mandatur; ac etiam in Definitorijs Generalibus.

Rom. 1587 Pius V.

Ac Commiſſarius Generalis Indiarum.

3 Commiſſarius Generalis Indiarum, qui in Curia Regis Catholici reſidet votum pariter actiuum habeat in Generali Capitulo, vbi Miniſter Generalis ex Vltramontanis partibus eligendus ſit.

Vallisolet. 1593. Gre. XIII. Salm. c. 8. Vrb. VIII. Rom 1639 Salmant. c. 8. Neap. c. 32 Vall ſolet. 1593.

Procuratores, ac Commiſſarius generales, vbi votum habent.

4 Procurator Generalis Ordinis, Commiſſarius Curiæ Romanæ, & Procurator Generalis Reformatorum, votum tantummòdo actiuum tãquam Patres pro tempore vnius, aut alterius Familiæ, habent in electionibus, & conſultationibus, ac Definitorijs Capituli Generalis etiam poſtquàm noui Definitores electi fuerint, ac etiã in electione Vicarij Generalis ſuarum partium, dummodò in ea Natione præſentes ſint, vbi fit electio, & quandiù ſuo munere actu funguntur. Quòd, ſi abſentes ſint, nec vocandi ſunt, nec expectandi. Qui etiam in ſua qualibet Prouincia, dum actu ſuum exercent officium in Capitulis Prouincialibus, & Congregationibus ſi adeſſe eos contigerit, eodem voto electiuo, deciſiuo, & conſultiuo fruuntur, ſunt enim, & remanent poſtea Patres Prouinciæ.

Rom. 1639

Votum Definitorum generaliũ.

5 Definitores Generales vtriuſque Familiæ, quandiu munere ſuo actu funguntur, votum actiuum, & paſſiuum habent in electionibus Generalis Miniſtri, & in omnibus alijs, quæ fiunt in generali Capitulo, ac in-

om-

omnibus actionibus,& cauſis,quæ determinantur antè electionem nouorum Definitorum Generalium. Et etiã in electione Vicarij Generalis, ſi in ea Natione vbi celebratur,adeſſe contigerit. In ſua autem quilibet Familia electionis Commiſſarij Generalis ſecundùm Bullam Vnionis, Vocales ſunt, ſicut etiam vocari debent ad Definitoria Generalia ſuæ Familiæ,& in Capitulis Prouincialibus, & Congregationibus ſuæ Prouinciæ, ad quæ, tanquam legitimi Vocales accerſendi ſunt.

Neap. c.32 Valliſolet. 1593.

6 Miniſtri Prouinciales, & Cuſtodes Cuſtodum habent votum actiuum, & paſsiuum in electionibus omnibus Capituli Generalis, & Congregationis Generalis ſuæ Familiæ. In Capitulis autèm Prouincialibus; vbi ſuum terminant officium Miniſtri Prouinciales votum tantum actiuum habent, niſi Cuſtodes fieri contingat,& Cuſtodes,niſi in Prouinciales,vel Guardianos eligerentur.

Regul. c.8. & ex ſup. Gre XIII. Cle. VIII. Greg. XV.

Miniſtri, & Cuſtodes, in quibus ſuffragantur.

7 Definitores Prouinciales, ac Guardiani in Prouincialibus Capitulis votum actiuum, & paſſiuum habent,ad omnes electiones,niſi quòd ad Definitoratus officium, Definitores reeligi non poſſint niſi completo ſexennio.

Tole. 1633 Greg. XV.

Definitores Prouinciæ, & Guardiani, vbi votũ habeant.

8 Sed in Congregationibus intermedijs Cuſtodes, & Definitores votum ſolum actiuum habent, niſi cum aliquo diſpenſatum eſſet, ſecundùm Statuta.

Salm. c.8.

Generalis Miniſtri qualitates, officium, poteſtas. §. 14.

1 Generalis Miniſter eſſe debeat ætate grauis, morum honeſtate, integritate vitæ, ac doctrinæ præſtantia inſignis; prudentia, conſilio, ac rerum agẽdarum vſu,tanto oneri maximè idoneus, & qui Regulam ſeruare, & communem cum alijs (quantum per occupationes officij licuerit) vitam ducere poſſit, vt verbo, & exemplo, quibus præeſt proficiat, & ad vitam vnàcum grege ſibi credito perueniat ſempiternam.

Pius V. Gre. XIII. Valliſolet. 1593.

Miniſter Generalis, qualis eſſe debet.

2 Generalis Miniſter Ordinariam poteſtatem in ordine

Regul c.8.

dine ſummam habet, à quo nemo eximitur, cui omnes, vti S.P. Franciſci vero, & legitimo ſucceſſori firmiter obedire tenemur.

Miniſtri Generalis Ordinaria poteſtas, quanta.

Salm. c. 8. Pariſien. 1679. Neap. c. 39 Valliſolet. 1593. Gre. XIII. & ſac. Congreg.

3 Ad ipſum, ab inferioribus quibuſcunque, in quibuſuis cauſis appellare, ad eum recurſum habere licet, ordine tamen, quem ſuprà deſcripſimus, obſeruato; Niſi vbi intermedij Superiores, eſſent meritò ſuſpecti, quia tunc ad Generalem Miniſtrum immediatè appellare, & recurſum habere licebit.

Ad e..m vltimò appellatur in ordine.

Salm. c. 8. Leo X. Ite & vos.

4 Ad ipſum pertinet, quãdo ab ea, de qua aſſumptus eſt Familia, ad alteram tranſire contigerit, Vicarium Generalem, de aliquorum Diſcretorum Ordinis conſilio inſtituere, & inſtitutum in ea relinquere cum plenaria facultate, donec ipſe reuertatur.

Ad eũ ſpectat Vicariũ Generalem inſtituere.

Rom. 1639

5 Quem ſi non relinquat, Prouincialibus fas ſit, cum Definitorijs Congregationes intermedias celebrare, non tamen Capitula Prouincialia.

Non relicto Commiſſario Generali, Prouinciales ſuo ſũgantur officio.

Valliſolet. 1593.

6 Ad eundem ſpectat Procuratorẽ Ordinis, & Commiſſarium Curiæ Romanæ, in Generalibus Comitijs, & extrà, vbi prædicta officia vacare contingat, inſtituere; de conſilio tamen, & conſenſu Diſcretorum Ordinis eius Familiæ, ex qua dicti aſſumuntur. Quem conſenſum, aut ſcripto, aut verbo habeat, vbi prædicti abſentes fuerint.

Procurator, & Cõmiſſarius Curiæ à Generali inſtituũtur.

Ibidem.

7 Ad eum quoquè ſpectat inſtitutio vtriuſque Commiſſarij Generalis Indiarum, nouæ ſcilicet Hiſpaniæ, & Perù.

Sicuti. & Commiſs. Indiarum.

Clem. Exiui. Salm. c. 8. Neap. c. 5.

8 Ad eundem ſimiliter pertinet inſtitutio, & electio Guardiani Ieruſalem, & Conſtantinopolis, de conſilio tamen, & conſenſu Diſcretorum Ordinis Familiæ Ciſmontanæ; Extra Capitulum verò, & Congregationem Generalem ſi prædicta vacauerint, ſubſtituere poteſt, quos idoneos, & habiles, de aliquorum conſilio cenſuerit.

Et Guardiani Ieruſalẽ, ac Conſtantinopolis.

Salm. c. 8. Leo X. Ite & vos. Valliſolet. 1593. Vltramon. c. 7.

9 Ad eum ſpectat Congregationem intermediam celebrare, illius electionibus præſidere, eaſque confirmare; Congregationem ipſam, vrgenti de cauſa differre, Commiſſarium Generalem, aut in officio continuare, aut alterum, de conſilio Diſcretorum Ordinis eius Familiæ, cui præficiendus erit, prout opportunius

Cõgreg gener. à Generali indicitur, cui debet etiam præſidere.

vide-

videbitur, ſubſtituere; Ipſe tamen Commiſſarius Generalis ſic inſtitutus, non erit Pater Ordinis, nec prætextu prædicti officij, votum habebit in Generali Capitulo proximè ſequenti.

Salmant. c. 8. Aquil. 1559. 10 Miniſter Generalis vniuerſum Ordinem, aut per ſuos Commiſſarios, quos Viſitatores deſtinabit, intrà ſexennium, ex officio viſitare teneatur. Generalis, aut per ſe, aut per Cōmiſſarios totum Ordinē debet viſitare.

Rom. 1639 11 Declaratur, omnem, & quamlibet poteſtatem, quæ in Miniſtro Generali reperitur ad diſpenſandum in Statutis Generalibus, totam illam prouenire à Capitulo Generali. Vndè, quoties ab eodem Capitulo Generali, decreto irritante prohibetur, nè in aliquo Statuto concedatur abſolutè diſpenſatio, vel non niſi ſub certis conditionibus ibidem expreſſis, ſi Generalis Miniſter, aut abſolutè diſpenſet, aut conditiones non ſeruet, eiuſmodi diſpenſatio eò ipsò irrita euadit. Generalis authoritas in diſpenſando, limitata.

Ibidem. 12 Non liceat Miniſtro Generali, & multò minus alijs inferioribus Prælatis, qui electionibus præſident, illas iam inchoatas ſuſpendere, ijs iam congregatis, ad quos ſpectat, faciendis Congregationibus intereſſe, eas impedire nè fiant. Non poteſt Generalis inchoatas Congregationes ſuſpendere.

Ibidem. 13 Prætereà eiſdem Prælatis Generalibus, interdicitur, nè functiones, quæ ad Congregationem legitimè congregatam ſpectant, ſuſpendere, aut impedire præſumant: ſcientes tótum hoc irritum eſſe, vtpotè violentum, & libertati electionis contrarium.

Ibidem. 14 Itèm prohibemus eiſdem Prælatis Generalibus, nè poſthàc ad Prouincias quemquam mittant, vt celebrandis earum Congregationibus intermedijs præſit; niſi cauſa valde notoria, & vrgens ſe obtulerit, vel maior pars Definitorij Prouinciæ ità poſtulet; Alioquin Prouinciales, & alij, ad quos ſpectat, vti iure ſuo in hac parte permittantur. Præſides ad Congregationes quando non poteſt mittere

Comitatus Generalis Miniſtri. §. 15.

Salmant. c. 8. Valliſolet. 1593. 1 GEneralis Miniſter duos Secretarios habeat, vnum ex Ciſmontana, & alterum ex Vltramontana Familia, eius arbitrio delectos, Generalis duos Secretarios habeat.

præ

Pius V. Paſtoralis officij. præ multitudine tamen negociorum, ex ea Familia, quam actu viſitat, alterum etiam eligere poſſit. Confidimus autèm, eum, pro ſua prudentia, & pietate, ac religione, Secretarios eiuſmodi, viros prudentes, probos, pios, fideles, diligentes, ſedulos, ac regularis diſciplinæ ſtudioſos, ſicut decet, ſelecturum.

Ibidem. 2 Duo præterea Fratres, è quibus alterum laicum, moribus, & vita probatos, & ad domeſtica ſeruitia idoneos, Socios habeat, quorum alter propriæ perſonæ inſeruiat; alter iumentorum curam habeat. **Duos ſocios habeat.**

Ibidem. 3 Hoc honeſto comitatu Generalis Miniſter contentus ſit, nec alios ſe comitari permittat. Miniſter verò Prouincialis in ingreſſu cuiuſcunquè Prouinciæ, præſens ſit, & Guardiani de Conuentu in Conuentum deducant Miniſtrum Generalem, & neceſſaria illi, & ſocijs prouidere diligenter curent. **Eũ Prouincialis excipiat.**

Ibidem. 4 Quos verò ad eum, negociorum cauſa, accedere contigerit, aut præmittat, aut ſequi iubeat, nè Monaſterijs grauamini, aut populis offendiculo ſint. **Alios ſecũ non ducat.**

Trid. ſeſſ. 24. c. 5. Vallisolet. 1593. 5 Menſa frugali vtatur, & domi, foriſque ità parcè, ac modeſtè in omnibus ſe gerat, vt paupertatis memor, tàm loca releuare, quàm proximos ædificare procuret, & humilitatis, modeſtiæ, frugalitatis, parſimoniæ, ac ſanctitatis, tàm in victu, quàm in veſtitu omnibus exemplo ſit. **Sit parcus, modeſtus, frugalis.**

Generalis Miniſter quomodo recipiendus. §. 16.

1 GEneralis Miniſter pro prima vice ſic recipiendus erit: Cum appropinquare nunciatum fuerit, omnes campanæ pulſentur. Guardianus, aut alius ex dignioribus, ſacris veſtibus cum Pluuiali induatur; Cæteri Fratres proceſsionaliter per totam Eccleſiam egredientes, ei obuiam procedent tantum ſpatij, quantum capit extrà Eccleſiam ipſa proceſſio, cum Cruce, & duobus ſaltem Confeſſarijs, Superpelliceo, & Dalmatica indutis præcedentibus. Vbi primùm Generalem obuiam habuerint, ſiſtant, **Excipiendi Generalem modus.**

ſtant, tũcquè auleum ſuper terram, puluinari ſuperpoſito ſternatur, & Fratribus hinc indè alas facientibus, qui ſacris indutus eſt, paruam Crucem manu ferens, per medium illorum, cum duobus Cantoribus Superpelliceo indutis, medius procedat, & Generali obuiam factus, genuflectat, eique ſuper puluinari pariter genuflexo Crucem deoſculãdam offerat, moxquè Cantores intonent, *Salue ſancte Pater, &c.* & alij Fratres omnes genuflectant, & ſtatim ſurgentes Antiphonam proſequantur, & ad Eccleſiam ordine reuertentes Generalem vltimo loco ſequentem deducant, ſacris induto ad ſiniſtram illius ſtante. Qui, vt ad Altare maius peruenerit, corã ſanctiſsimo Sacramento genuflexus pauliſper oret, & poſteà ſurgens ſequentes Verſus, & Orationes præcinat, reſpondentibus alijs.

℣. *Adiutorium noſtrum in nomine Domini.*
℟. *Qui fecit cælum, & terram.*
℣. *Sit nomen Domini benedictum.*
℟. *Ex hoc, nunc, & vſque in ſæculum.*
℣. *Domine exaudi orationem meam.*
℟. *Et clamor meus ad te veniat.*
℣. *Dominus vobiſcum.*
℟. *Et cum ſpiritu tuo.*

OREMVS.

Actiones noſtras, quæſumus Domine, aſpirando praueni, & adiuuando proſequere, vt cuncta noſtra oratio, & operatio à te ſemper incipiat, & per te cœpta finiatur.

Concede nos famulos tuos quæſumus Domine Deus, perpetua mentis, & corporis ſanitate gaudere, & glorioſa Beatæ Mariæ ſemper Virginis interceſſione, à præsẽti liberari triſtitia, & æterna perfrui lætitia.

Deus, qui Eccleſiam tuam Beati P. noſtri Franciſci meritis fœtu nouæ prolis amplificas, tribue nobis, ex eius imitatione, terrena deſpicere, & cœleſtiũ donorũ ſemper participatione gaudere. Per Chriſtum, &c.

Quibus peractis, Fratribus benedicat, dicens:
Benedicat vos Diuina Maieſtas. Pater, & Filius, & Spiritus ſanctus.

2 Mox

2 Mox à ſiniſtro Altaris cornu ſuper ſedem, ad id decenter paratam ſedenti, Superior primum, deindè alij Fratres omnes ordine accedentes genibus flexis debitam reuerentiam exhibeant, & obedientiam præſtent, manus eius reuerenter oſculantes.

Generalis Miniſter officio functus. §. 17.

Salm. c. 8. Vltra. c. 7.

1 Generalis Miniſter ſuo functus officio, ſit Pater, Definitor, ac Diſcretus perpetuus totius Ordinis, & pro tali ab omnibus habeatur. Generalis officio functus, eſt perpetuus Definitor.

Ibidem. Valliſolet. 1593. Neap. c. 32 Medinien. 1434.

2 Votum habeat in omnibus, prout ſuprà cautum eſt, &, ſi commodè fieri poterit, vocetur etiam ad omnia negocia Ordinem vniuerſum concernentia, maximè vbi Generalis Miniſter ex eadem Familia ſit, in qua ipſe commoratur. Ad quæ vocandus.

Valliſolet. 1593.

3 Fratres duos moribus, & vita probatos, arbitrio ſuo ex quacunque Ordinis Prouincia delectos, ſocios habere poſſit. Duos ſocios habere poteſt.

4 Et in qualibet Ordinis Prouincia, pro ſua manſione ſibi Conuentum eligere valeat. Conuentus ſibi eligat.

Si Generalis Miniſter in ſua Familia moriatur. §. 18.

Valliſolet. 1593.

1 Generali Miniſtro in ſua Familia decedente, Miniſter illius Prouinciæ, in qua deceſſerit, vnàcum defuncti Secretarijs, regeſtum ordinis, cum omnibus ſcripturis ad officium ſpectantibus recognoſcat, & recognitum ſigillo minori Prouinciæ, & eius Conuentus, vbi eum mori contigerit, à Secretario Familiæ defuncti conſignandum, fideliter cōmuniat. Generali decedente, Secretariorum munus.

Ibidem.

2 Quo facto, idem Secretarius, cum alio alterius Familiæ, ad digniorem Patrem perpetuum ſtatim properet, & ſcripturas ipſas vnàcum ſigillis Ordinis fideliter deferat, & conſignet.

Ibidem.

3 Qui acceptis, & recognitis cum dictis Secretarijs,

36

rijs, ſcripturis, Patres, qui ad electionem Vicarij Generalis, vt ſuprà, votum habent pro eligendo Vicario Generali, opportuno loco, & tempore vocare teneatur. *Primus Pater Ordinis conuocare debet Patres, pro electione Vicarij.*

Ibidem. 4 Congregatis autèm Patribus, omnes ſolemnitates actionis gratiarum, ſiuè orationis, ſermonis, &c. quæ antè electionem Generalis decretæ ſunt, exactè præſtentur.

5 Intereà, audito Generalis Miniſtri obitu, per vniuerſos Ordinis Conuentus, proceſsiones, & orationes fiant, prout antè Generalis electionem determinatum eſt, præcipuè quotidiè poſt Completorium decantetur Antiphona: *Plange Turba paupercula, &c.* *Orationes interim fiant.*

Vallisoler. 1593. 6 Patribus poſteà, præſcripto die congregagatis, Vicarius Generalis eligatur, iuxtà formam electionis Generalis Miniſtri ſuprà deſcriptæ, qui tanto munere dignus ſit. Præſidente in ea Congregatione, digniore, & antiquiore Ordinis Patre. Quòd, ſi aliqui eorum, qui accedere debebant, ſtatuto tempore non accederent, electio non differatur, ſicuti de Generalis electione ſancitum eſt. *Quomòdo eligi debeat Vicarius Ordinis.*

Rom. 1639 7 Et vacante, quacunque de cauſa, officio Miniſtri Generalis, electio Vicarij Generalis in ea Familia celebretur, ex qua erat Generalis aſſumptus. In electione autèm facienda, vnaquæquè Familia modum ſibi in Conſtitutionibus præſcriptum ſeruabit, præter ea, quæ ſpecialiter ſancita ſunt. *Fieri debet electio in Familia defuncti.*

Si Generalis Miniſter in altera Familia moriatur. §. 19.

Vallisolet. 1593. 1 GEnerali Miniſtro in altera Familia decedente, eius Familiæ Commiſſarius Generalis, ſi morti eiuſdem præſens fuerit, aliòquin Miniſter eius Prouinciæ, in qua deceſſerit, cum Secretarijs defuncti omnia præſtent, quæ ſuprà decreta ſunt, circà recognitionem, ſigillationem, & delationem ſcripturarum ad digniorem vtriuſque Familiæ Patrem, ſi qui ſuperfuerit, alioquin ad eum, qui in Familia defuncti Gene- *Moriente Generali in altera Familia, quid præſtare debeat Secretarij.*

Salm. c.8. Vltramon. c.7. neralis erit dignitate antiquior, qui iis receptis omnia quæ ſupra decreta ſunt exactè ſeruet. Vicarius Generalis, ab vtraque Familia acceptetur.

Vallſolet. 1593. 2 Generalis Vicarius is cenſeatur, & pro tali ab vtraque Familia habeatur, in quem votorum determinatorum maior pars conſenſerit. Qui propterea ſemper ex Familia Generalis omninò eligatur.

Præſtanda à Vicario Generali. §. 20.

Vallſolet. 1593. 1 SI Miniſter Generalis, nondùm exacto ſui muneris triennio moriatur, Vicarius Generalis electus, omnes Vocales eius Familiæ tantùm, ex qua Generalis Miniſter erat, ad eligendum alium Miniſtrum Generalem in eadem Familia, loco, & tempore opportunis, conuocare, & congregare teneatur, omnibus ſeruatis, quæ de Generali Miniſtro eligendo decreta ſunt. Vicarius Generalis, quādo Capitulum congregare debet.

Salm. c.8. 2 In cuius Miniſtri Generalis electionem vltrò cōpromiſiſſe, & ſuis ſententijs, & votis concurriſſe altera Familia cenſeatur, ita vt quod ea Familia cum Patribus totius Ordinis Diſcretis, qui ſemper ad hæc vocandi ſunt, egerit, altera ratum, & firmum ſemper habeat. Cōpromiſſum in perſonam Vicarij Gen. electi.

Ibidem. Vallisolet. 1593. 3 Idem intelligendum eſſe decernimus, de noui Generalis Miniſtri electione, & de alterius Familiæ compromiſſo, caſu, quo Generalis Miniſter ad dignitatem extrà ordinem aſſumeretur, vel ob rationabilem cauſam, ſuo renunciaret officio; Nempe, vt ipſe Generalis Miniſter Familiæ ſuæ Patres Vocales, & totius Ordinis Diſcretos (ſi qui fuerint) conuocet, & alium Generalem Miniſtrum, vt ſuprà, eligendum, curet; in quem alterius Familiæ Patres Vocales, vltrò compromiſiſſe, & conſenſiſſe intelligantur, donec præſcriptum tempus legitimum pro noui Generalis Miniſtri electione, aduenitat: In qua electione ipſe Generalis Miniſter præſideat, & cætera præſtet, quæ ſupra decreta ſunt. Sicuti in perſonam Miniſtri Generalis.

Ibidem. 4 Si verò Generalem Miniſtrū in officio, poſt triennium

Leo X. Ite & vos. nium mori contigerit. tunc Generalis Vicarius, vt ſuprà electus, vſquè ad Generale Capitulum, Ordinem moderetur, & omnia præſtet, quæ ſuprà per ipſum Generalem Miniſtrum præſtanda eſſe decreuimus.

Valliſolet. 1593. 5 Quòd ſi Generalis Miniſter poſt triennium ex Ordine ad dignitatem aliquam aſſumptus fuerit, aut muneri ſuo renunciauerit, tunc ipſemet regimini Ordinis, de conſilio Diſcretorum aliquorum eiuſdem Ordinis prouideat, prout in Domino iudicauerit.

Miniſter Gener. ex ordine aſſumptus, quādo ipſe ſolus poſsit Vicarium inſtituere.

Ibidem. 6 Generalis Vicarius, qui ſaltèm bienniò vniuerſum Ordinem moderatus fuerit, inter veros, & legitimos vtriuſquè Familiæ Patres perpetuos computetur, & pro tali ab omnibus habeatur.

Vicarius Generalis quādo ſit Ordinis Pater.

Valliſolet. 1593. 7 Eiuſmodi tamen officio functus, in ſequenti Capitulo Generali, ſiuè ipſe præſideat, ſiuè non, in Commiſſarium Generalem eligi non poterit.

Quando in Generalem eligi poſsit.

Valliſolet. 1593. 8 Si autèm minori tempore Ordinem moderatus fuerit, tunc inter Patres vtriuſquè Familiæ Diſcretos perpetuos non cenſebitur, & in Commiſſarium Generalem eligi poterit.

De Commiſſario Generali.

§. 21.

Leo X. Ite & vos. Valliſolet. 1593. 1 VT faciliùs Franciſcana Religio, per vniuerſum Chriſtianum Orbem diffuſa gubernari poſſit, Apoſtolica diſpoſitione prouiſum eſt, vt poſt electionem Generalis Miniſtri, ex altera Familia Commiſſarius Generalis per eiuſdem Familiæ Vocales eligi debeat, nempè ſi Generalis Miniſter ex Ciſmontana Familia electus fuerit, Commiſſarius Generalis, ex Vltramontana eligatur, & è conuersò, ſi Miniſter Generalis fuerit ex Vltramontanis partibus, Commiſſarius Generalis ex Ciſmontanis partibus ſit eligendus. Eligatur autem per legitima vota ſuo loco recenſita, is, qui ætate, ſapientia, vſu rerum, ac Religione, vitæ innocentia, morumque grauitate tanto muneri parem ſufficientiam habeat.

Commiſſarius Generalis ſemper ex altera Familia eligēdus.

Trid. ſeſſ. 24. c. 1. & 3.

Commiſſarij Generalis officium, & poteſtas. §. 22.

Leo X. Ite & vos. 1 OFficium Commiſſarij Generalis eſt triennale, quo finito, ſpirat eius authoritas, cuius loco, in Generali Capitulo intermedio, iuſſu Generalis Miniſtri, opportuno loco, & tempore celebrando, in eadem Familia, & cum eiuſdem votis, vt ſuprà, alius eligi debet: niſi caſus accidat, quòd, vel propter bella, vel propter aliud impedimentum legitimum, Capitulum Generale huiuſmodi celebrari non poſsit. *Commiſſ. Gen. officiũ triennale.*

Ibidem. 2 Quo caſu, Generalis Miniſter de plenitudine poteſtatis, aut eumdem, de aliquorum Diſcretorum Ordinis conſilio, vſquè ad tempus opportunum in officio continuare; aut alium, qui tamen ſit eiuſdem Familiæ, ſufficere poſſit. *Com. Gen. quãdo à Generali poſſit, inſtitui.*

Ibidem. 3 Tempore autèm ſui officij vniuerſam Familiam ſuæ curæ concreditam per ſe, aut per ſuos Commiſſarios viſitare, & ad omnia, diſpoſita de Viſitatione per Generalem Miniſtrum præſtanda, pariter teneatur. *Com. Gen. Familiam ſuã viſitet.*

Ibidem. 4 Ordinaria eius poteſtas ad omnes ſibi creditas Prouincias, Fratres, & Sorores, tàm Prælatos, quàm ſubditos ſe extendit: Idcircò nemo ab eius obedientia eximitur, ſed omnes, & ſinguli vtriuſquè ſexus perſonæ ei tenentur obedire. *Com. Gen. authoritas.*

Leo X. Ite & vos. Salm. c.8. 5 Et quàmuis Commiſſarius Generalis in omnibus ſubijciatur Generali Miniſtro, liberè tamen poteſt ſuum Officium exercere, & ſua authoritate vti, etiam Generali Miniſtro, in partibus, quibus Commiſſarius Generalis præfuerit, exiſtente; niſi Miniſter Generalis, rationabili de cauſa, eidem ordinauerit, vt à negotijs quibuſdam ſuo iudicio terminandis, abſtineat, aut aliquas Prouincias per ſe, aut per ſuos Commiſſarios viſitandas, ſuæ plenariæ iuriſdictioni reſeruauerit. *Com. Gen. eſt ordinarius, etiam præſente Generali. Eius authoritas quando reſtringi poſſit, à Generali.*

Ibidem. 6 Generali Miniſtro in ſua Familia exiſtente, Commiſſarius Generalis poſſit in ſuis partibus omnes delinquentes punire, ac eadem authoritate in eos vti, *Generalis authoritatẽ habet.*

tàm

tàm Prælatos, quàm ſubditos, etiamſi à Generali Miniſtro inſtituti eſſent.qua vti poſſet Generalis Miniſter, ſi præſens eſſet, niſi fuerit aliqua particularis cauſa ſibi per eumdem interdicta.

Ibidem. Valliſolet. 1593. 7 Duobus, aut tribus ſocijs, ad ſummùm contentus ſit; integritate vitæ, ac morum honeſtate probatiſsimis, ac eorum muneri idoneis. Com. Gen. ſocij.

Salmant. c.8. 8 Officio functus, Pater perpetuus ſuæ Familiæ, Definitor, & Diſcretus ſit, & ab omnibus habeatur. Com. Gen. remanet Pater Familiæ.

Valliſolet. 1593. 9 Socios duos ſibi gratos, & Conuentum, vbi moram trahat, ex quacunque, & in quacunque Prouincia ſuæ Familiæ ad ſuum arbitrium eligendos, moribus tamen, & vita probatos habere poſſit. Com. Gen. officio functus ſocios, & Conuentum ſibi poteſt deligere.

Salm. c.8. 10 Si autèm Commiſſarium Generalem in ſuo officio mori, aut ad dignitatem extrà Ordinem aſſumi cõtigerit, aut, ex rationabili cauſa illi, renunciare, Miniſter Generalis, de aliquorum Diſcretorum Ordinis conſilio, alium vſquè ad Comitia Generalia proximè futura inſtituere valeat, Moriente Com. Gen. poteſt ſucceſſorem inſtituere.

Valliſolet. 1593. 11 Poſt cuius mortem ſiuè electi, ſiuè inſtituti, Miniſter Prouinciæ, in qua deceſſerit, vnà cum defuncti Secretario ea præſtent, quæ ſupra ſtatuta ſunt, ad antiquiorem dignitate in Familia Diſcretum, ſcripturis, & ſigillis demortui, vt ſuprà delatis. Qui diligenter omnibus recognitis, de ijs Generalem Miniſtrum ſtatim admoneat, & interea defuncti officium cum poteſtatis plenitudine exerceat, quouſque alius Commiſſarius per Generalem Miniſtrum fuerit inſtitutus. Quid poſt illius mortẽ agendum.

De Congregatione Generali. §. 23.

Leo X. Ite & vos. Salm. c.8. 1 Congregatio Generalis, ſeu Capitulum intermedium trienniò, poſt Generale Capitulum, pro electione alterius Commiſſarij Generalis, in altera Familia, Generalis Miniſtri iuſſu celebretur; niſi graui aliquo impedimento celebrari non poſſe, & differendam eſſe, Generalis Miniſter cenſuerit. Quo caſu eumdem Commiſſarium Generalem Generalis Congregat. quando celebranda.

con-

continuare, vel alium eius loco, vſquè ad tempùs opportunum ſufficere poterit.

Vltram. c.7. 2 Qui ſic per Generalem Miniſtrum inſtitutus, ſuæ Familiæ Pater, exacto officio, niſi aliundè illi competeret, cenſendus non erit. Com. Gen. nō elećtus, non eſt ſatter Familię.

Vallisolet. 1593. 3 Celebrabitur autèm Congregatio Generalis per Vocales, ſuo loco notatos, & in eadem celebranda, ſeruabuntur omnia antè, & poſt, quæ de Capitulo Generali decreta ſunt.

De Definitoribus Generalibus,

§. 24.

Leo X. Ite & vos. Salm. c. 8. 1 IN Generali Capitulo, ſex Definitores ex Ciſmontana, & ſex alij ex Vltramontana Familia eligendi ſunt per Diſquiſitores, & Vocales, quilibet ſuæ Familiæ ſeorsìm: eodem tamen loco, & tempore, ſi commodè fieri poterit. Definitores duodecim ex vtraque Familia deligendi.

Ibidem. 2 In Congregatione Generali, Definitores tantummòdo ſex eligendi ſunt. In Congr. Gener. ſex tantum.

3 In vno autèm Capitulo, vel Congregatione electi, in ſequenti eligi non poſſunt.

Ibidem. Vallisolet. 1593. 4 In omni Capitulo Generali, & Congregatione Ciſmontana, ex Prouincijs Vltramarinis, quæ ſunt S. Mariæ, & S. Saluatoris Vngariæ, Poloniæ, Auſtriæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Boſnæ Argentinæ, Boſnæ Croatiæ, Raguſij, Candiæ, Tirolis, Albaniæ, & Bauariæ, Definitor vnus ſemper eligetur; Dummòdo Miniſtri, & Cuſtodes earum ad Comitia Generalia, vel accedant, vel alios legitimè mittant. Ex quibus Prouincijs aſſumendi.

Vrb. VIII. 5 Ex Prouincijs autèm Regni vtriuſque Siciliæ, duo, ex reliquis verò cæteris, tres ſemper eligantur, ex omnibus autem ſex Definitoribus Ciſmontanis, duo ex Reformatis eligentur. Definit. Generales duo ex Reformatis Italiæ.

Salm. c. 8. 6 Ex Prouincijs Reformatorum Galliæ, quæ ſunt Franciæ, Turoniæ, S. Bonauenturæ, & Aquitaniæ recentioris in omni Generali Capitulo, & Congregatione, quibus interfuerint, Definitor vnus ſemper eligendus eſt, cò quòd Commiſſarium Generalem, ſecundùm Ex Gallis Reformatis vnus.

dùm Bullam Vnionis electum receperunt.

Valliſolet. 1593. 7 E Prouincia, quæ Definitorem vnum iàm habet, alter eligi, eo viuente, non poſſit, dummòdo electionis libertati, & perſonarum meritis locus ſit, ac Prouinciæ Romanæ, ex rationabilibus cauſis, præcipua ratio ſemper habeatur. *Definitore vno viuente, alter ex ea Prouincia non eligatur, niſi in Romana.*

Trid. ſeſſ. 24. c. 12. 8 Ad huiuſmodi Definitoriatus officium nemo promoueri poſſit, niſi trigeſimum quintum ætatis annum, & Religionis vigeſimum exceſſerit, & Miniſter fuerit, aut in Prædicationis munere, aut ſacræ Theologiæ lectura ſexenniò anteà præclarè ſe geſſerit, & integritate vitæ, & morum grauitate commendatus ſit. *Qualitates Definitorũ Gener.*

Trid. ſeſſ. 24. c. 21. 9 Qui prædictis qualitatibus ornatus fuerit, quàmuis de corpore Capituli non ſit, dũ tamen in eo præſens exiſtat, ad dignitatem eiuſmodi promoueri poſſit. *Eligi poſsũt etiam ſi nõ ſint de corpore Capituli.*

Valliſolet. 1593. 10 Inter prædictos Definitores, alter alterum, non ex maiori votorum frequentia, ſed ex ordinis antiquitate præcedat; quod de Definitoribus Prouincialibus, etiam obſeruari decernimus. *Definitores ex antiquitate præcedunt.*

Neap. c. 32. Valliſolet. 1593. 11 Cum Definitores, ſint Prouinciarum etiam Diſcreti, durante eorum officio, Guardiani eſſe non poſſint, niſi à Generali vrgenti de cauſa cum eis diſpenſetur, ſed cùm eo tempore, quo quis Guardianus fuerit, de corpore Definitorij eſſe non poſſit, idem decernitur de Definitoribus, & Cuſtodibus Prouinciarum. *Definitor, Guardianus eſſe non poſsit.*

Valliſolet. 1593. & alibi. 12 Ad eos ſpectat, in grauioribus Generalē conſulere, in Generalibus Comitijs negocia tàm communem, quàm particularem vtilitatem concernentia tractare, cauſas decidere, Procuratorem Ordinis, & Commiſſarium Curiæ Romanæ, & cæteros officiales ibidem inſtituendos inſtituere, & quæ expedienda fuerint, expe-*Rom. 1639* dire. In quibus Capitulis, & Congregationibus Generalibus, dum ſunt in officio, ſuffragium ferant, non aliter, quàm in ſuarum Prouinciarum Capitulis, & Congregationibus ſuffragari debent, & poſſunt. *Definitorũ Gener. munus.*

Tol. 1633. 13 Quando in vtraque Familia contingat, vt Definitores Generales, vel abſint, vel quomodòlibet deſint, ſtatuitur, vt eorum loco ſubrogetur alius ex eadē Natione, loco ipſius, ex ijs, qui fuerunt, vel Procuratores Generales, vel Commiſſarij Curiæ, vel Definitores Genera- *Abſenti, alter ſubrogetur.*

nera-

nerales, ſi verò nullus talis fuerit, ſubſtituatur Miniſter, Vicarius, vel Commiſſarius Prouinciæ, ex qua erat Definitor defunctus, vel abſens.

14 Subrogati autèm, remaneant Patres Prouinciæ, dummòdo vltimi ſint, & poſt eos ſedeant, qui Miniſtri, vel Vicarij Prouinciales extiterunt, vel poſteà exiſtent. Rom. 1639 — Subrogatus eſt Pater Prouinciæ, & qualis.

15 Officium eorum, ſi fuerint ex Familia, ex qua aſſumptus eſt Miniſter Generalis, ſexenniò duret: ex altera autèm, trienniò tantū, cùm eligi oporteat nouos Definitores in Generali Congregatione intermedia. Valliſolet. 1593. — Definitorũ officium quantum durat.

16 Si autèm, ex aliquo impedimento, ipſa Congregatio celebrari non poterit, ipſi Definitores tamdiù erunt, quòad alij fuerint electi. Ibidem.

17 Interim verò, ſi eorum aliquis ex hac vita deceſserit, aut extrà Ordinem promotus fuerit, ad prædicta munera obeunda, eius loco, antiquior Pater illius Familiæ ſubrogetur. Ibidem. — Definitore decedente, Pater antiquior ſubrogetur.

18 Prædicti Definitores, & Patres Ordinis, quicunquè in ſuis Prouincijs ſemper habeant eadem priuilegia, quæ habent ij, qui officio Miniſteriatus functi ſunt, quos etiam ſemper præcedant. Rom. 1587 — Definitores priuilegijs Prouincialiũ gaudēt.

Agenda poſt electiones. §. 25.

1 Celebrandis electionibus duo Diſcretoria, iuſſu Generalis, vnum pro Ciſmontanis, alterum pro Vltramontanis inſtituantur, quibus, arbitrio Generalis, de conſilio Diſcretorum Ordinis, deputentur Præſides, Patres prudentes, ac graues. Ad quæ, omnes Capitulares, horis ſtatutis, conueniant, & Ordinis Conſtitutiones Præſides perlegendas curent, vt earum obſeruantia, vel neglectu cognitis, opportunè prouideri poſſit. Valliſolet. 1593. — Diſcretoria duo inſtituenda.

2 Præſidis erit, proponere, prout tempus, & occaſio poſtulauerit, præſertim pro bonis moribus tuendis, abuſibus tollendis, inſtauranda regulari diſciplina, ac deniquè pro pace in Ordine, & in ſingulis Prouincijs perpetuò conſeruanda. Ibidem. — Præſides ipſorum, quid proponere in ijs debeat.

Ibidem. 3 Liberum ſit vnicuiquè admonere, quæ admonitione digna fuerint, ab omnibus tamen ſeruetur, vt in dicendis ſententijs, Patribus in ſuo loco cōſidentibus, nullus immodeſtis verbis, aut vocibus perſtrepat, aut obſtinatis diſceptationibus contendat; ſed quicquid dicitur, ſic miti verborum prolatione temperetur, vt offendiculo audientibus non ſit. *Modus in iis ſeruandus.*

Ibidem. 4 Quæ, communi conſilio, & conſenſu, pro bono regimine neceſſaria viſa fuerint, Præſides ad Definitorium referent, cuius authoritate approbanda, vel reprobanda erunt, aut alia conſtituenda, prout Patribus, locorum, & temporum varietate perpenſa, benè viſum fuerit. *Probata in Diſcretorijs Definitorio proponantur.*

Rom. 1600 Tol. 1606. Rom 1625 Cong. Gen. Rom. 1628 pro Refor. Rom. 1642 5 Quoniam verò legum multitudo, mutatio, & varietas ordinem confundit, qui potius in latarum Conſtitutionum obſeruatione, quâm in nouarum conditione floreſcit; vt multis antehàc celebratis Generalibus Capitulis morem tandèm geramus, quæ ſtatutorum recollectionem, ac breuitatem ſemper deſiderarunt, eorumdemque multiplicationem abhorruerunt, præcipimus, & mandamus, vt in Capitulis, & Congregationibus Generalibus, noua Statuta non fiant, ſed præſentia tantùm obſeruentur. *Statuta noua non fiãt, ſed vetera ſeruentur.*

6 Quòd ſi neceſſitas aliud ſuadeat, proponatur quidem, quod ordinari neceſſarium iudicatur, & per ſecreta totius Capituli ſuffragia, an ſit neceſſarium, decernatur. Poſtea per duo ſubſequentia Capitula, vel Capitulum, & Congregationem Generalia, iterum per ſecreta ſuffragia de ſtatuti neceſsitate exquiratur, & in tertio ſcrutinio, conſentiente maiori parte Capituli, tanquam ſtatutum publicetur: renuente autem, perpetuo ſilentio ſupprimatur: quicquid autem in contrarium fiat, irritum ſit, & inane. Non propterea prohibentes, quin iam factæ Conſtitutiones declarari, & interpretari in dictis Capitulis poſſint.

Definitoria Generalia. §. 26.

Salm. c.8. Vlam. c.7. Vallisolet. 1593.

1 DEfinitoria pariter in Generali Capitulo duo ſint, alterum pro Ciſmontanis, pro Vltramontanis alterum, quæ iungi aliquãdo poterunt iuſſu Generalis Miniſtri, vt vniuerſum Ordinem concernentia decernantur. *Definitoria Gen. duo in Cap. Gen.*

Ibidem. 2 Vtrique Generalis Miniſter præſideat, &, eius loco Generalis Miniſter præteritus in eo præſideat, quando fuerit ex eius Familia. *Ipſorũ Præſides, generales.*

Ibidem. 3 Generali Miniſtro inconſulto, in eorum neutro aliquid definiri, aut tractari liceat; quæ verò in eiſdem decreta, aut definita fuerint, obligandi vim non habeant, niſi prius Miniſtri Generalis authoritate probentur. *In ijs nihil cõcludatur ſine conſenſu Generalis.*

Tractanda in Definitorijs Generalibus. §. 27.

Ibidem. 1 PRimò Miniſtri Prouinciales præſentes per ſe, abſẽtes verò, per literas officijs ſuis renũciare debebũt, quam renunciationẽ Generalis Miniſter cum Definitorio, aut admittat, aut reijciat, prout magis expedire iudicauerit. Secundò, tranſmiſſa ad *Ibidem.* Capitulum Generale, ſiuè contrà Prælatos, ſiuè contrà ſubditos, ſiuè particulares Prouincias, ſiuè vniuerſum Ordinem concernentia, examineutur, & opportunè per Generalem Miniſtrum, & Patres prouideatur. *Prouinciales ſuis officijs renuncient. Miſſa à Prouincijs examinentur.*

Ibidem. 2 Deindè Procurator Ordinis, & Commiſſarius Curiæ Romanæ, Guardianus Ieruſalem, & alij Officiales, qui ſub Generalis Miniſtri, vel Commiſſarij Generalis Ciſmontani cura immediatè ſubditi ſunt, eligantur per vota ſecreta. *Officiales Curiæ, & alij eligantur.*

Ibidem. Rom. 1642 3 In omnibus definitionibus, & determinationibus tàm Generalibus, quàm Prouincialibus, ſententia plurium ſemper præualeat, & obſeruetur omninò. In ſpecialitate autem votorum, Præſes vltrà electiuum votum, habeat etiam deciſiuum. *Sententiæ plurium ſtetur, & in æqualitate Præſes decidat.*

4 Po-

Ibidem. 4 Poſteà ſtudia Generalia inſtituantur, & in ijs doctiores, ac probiores Lectores deputentur, Studia generalia cum Lectoribus instituantur.

Ibid. n. 5 Tabula itèm Capituli Generalis, Iuſſu Generalis Miniſtri conficiatur, in qua Generali Capitulo futuro locus aſſignetur. Defunctorum Fratrum à præterito Generali Capitulo numerus recitetur, ſicquè confecta, & Generalis Miniſtri manu, & ſigillo obſignata ad ſingulas Prouincias deſtinetur. Tabula Capituli Generalis conficiatur.

Ibidem. 6 Ad hæc, pro Defunctis fiant conſueta ſuffragia, quemadmodùm etiam pro Sanctiſſimo Romano Pontifice, pro Imperatore, pro Regibus & Principibus Chriſtianis, pro Cardinalibus, & Eccleſiarum Prælatis, & præſertim pro Eminentiſs. Protectore, & omnibus Benefactoribus noſtris. Conſueta ſuffragia fiant.

Ibidem. 7 Tandèm, Capitularibus vniuerſis ſimul congregatis, Tabula prædicta, cum decretis in vtroquè Definitorio confectis, perlegetur. Tabula Capituli publice legatur.

Procurator Ordinis, & Commiſſarius Curiæ Romanæ.

§. 28.

Salmant. c.8. Vltra. c 7. 1 PRocurator Generalis Ordinis inſtituatur ſemper ex ea Familia, ex qua aſſumptus eſt Miniſter Generalis, de conſilio, & aſſenſu Patrum, vt ſupra cautum eſt: Ad quem in Cappella Sanctiſsimi orare, & in eadem congruis temporibus aſſiſtere, & adeſſe pertineat. Commiſſarius verò Curiæ Romanæ ex altera Familia, vt ſuprà inſtituatur. Procurator Generalis, & eius officium. Commiſſarius Romanæ Curiæ.

2 Nullus eorum in eiuſmodi officio continuari poſſit. Inſtituantur autem viri graues, prudentes, ac rerum agendarum periti, & qui ſuis muneribus dignè, & laudabiliter, cum totius Ordinis honore, ac communi vtilitate ſatisfacere poſsint, qui aliàs Miniſteriatus officio functi ſint. Ipſorum qualitates.

Salmant. c.8. 3 Subditi ſint vtrique Commiſſario Generali illarum partium, in quibus Romanam Curiam reſidere contigerit, ſiuè Commiſſarius prædictus ſecundùm Bullam Subſint Cõmiſs. Generali Ciſmontano.

Vrb. VIII. Inter multiplices, reuocans ſtatutum Toletanum ann, 1633.

Vnionis electus, ſiuè per Generalem Miniſtrum inſtitutus fuerit. Hoc autèm intelligendum eſt, quo tempore Generalis Miniſter abfuerit ab illa Familia, quia ipſo præſente, ei immediatè ſubiecti ſunt.

Ibidem. — Qui in eos animaduertere poteſt.

4 Quo tempore Generalis Miniſter aberit, Commiſſarius Generalis in eos animaduertere, eos corrigere, & officio, (ſi itá demeruerint) ſuſpendere poſſit, ſaltem quòad vſquè Generalis Miniſter de ea re certior fiat.

Ibidem. — Nulli alij prælato ſubſint.

5 Nulli alteri Prælato, ſiuè locali, ſiuè Prouinciali, vnàcum duobus ſocijs, quos vterquè eorum habere poteſt, ſubditi ſint, ſed liberi, & exempti prorſus cenſeantur.

Ibidem. — Sine illorũ cõſenſu, negocia non expediātur.

6 Ad eos ſpectat, omnia Ordinis negocia, quæ in Curia Romana tractanda ſunt, expedire. Nec alius, cuiuſuis gradus, & conditionis exiſtat, ad prædicta ſe ingerat, vel in Curia præfata, ipſis inconſultis, procurare audeat aliquod negocium, niſi de eorum conſenſu, aut expreſſa Generalis facultate, ſub pœna priuationis actuum legitimorum, vel etiam grauiori, Superiorum arbitrio.

Ibidem. — In regimine Prouinciarũ ſe nõ intromittant, nec in totum Ordinem concernentibus.

7 Procurator, & Commiſſarius prædicti, nullo modo de Fratribus, quoàd Prouinciarum regimen ſe intromittere poſſint. Nequè in agendis ſæcularium negocijs ſe ingerant; nec aliquid, vniuerſum Ordinem, aut eius libertatem concernens, niſi de expreſſo Generalis mandato procurare poſsint, aut procurari permittant.

Ibidem. — Forenſes ad ſuas tãtum Prouincias mittant.

8 Fratres ad eorum præſentiam venientes cum obedientialibus literis, ad nullam, præterquam ad Romanam Prouinciam deſtinare poſſint, nequè eos in eadem diutius retinere, quàm eorum negocia expedienda requirant.

Bullas ad noſtrum Ordinē ſpectātes procurent.

9 Curent diligenter, vt omnia Breuia, & Bullæ Apoſtolicæ, quæ ad noſtrum Ordinem, quouis modo pertinent, & ante edita, & impoſterum edenda prælo dentur, & ad ſingulas Prouincias mittantur.

Ibidem. — Prouinciæ illis contribuant.

10 Prouinciæ ſingulæ, pro eiuſmodi expenſis, & pro communium negociorum expeditione, in dies fiendis eam eleemoſynæ contributionem præſtent, quam ipſi præſtandam literis ſignificauerint.

11 Si

Valliſolet. 1593. 11 Si eorum quempiam, extrà capitulare tempus, quauis occaſione vacare contigerit, Miniſter Generalis prouideat, vt ſuprà dictum eſt. Vacantibus eorum officijs, Generalis prouideat.

Ibidem. 12 In Generali Congregatione intermedia, Procurator Generalis inſtituatur, quem Generalis Miniſter de aliquorum cōſilio aptum iudicauerit. Commiſſarius autèm Curiæ Rom. per Definitoriū, vt ſuprà inſtituatur. Procurator Generalis in Congreg. Gen inſtituatur.

Prouinciæ, Ciſmontanæ Familiæ.

§. 29.

1 Sancti Franciſci.	21 Bohemiæ.
2 Romana.	22 Poloniæ.
3 Marchiæ.	23 Corſicæ.
4 Thuſciæ.	24 Raguſij
5 Bononiæ.	25 Brixiæ.
6 S. Antonij.	26 Baſilicatæ.
7 Genuæ.	27 Vngarie S. Saluatoris.
8 Mediolani.	28 Boſnæ Argentinæ.
9 Principatus.	29 Vngariæ S. Mariæ.
10 Septem Martyrum.	30 Terræ Laboris.
11 Siciliæ.	31 Calabriæ.
12 Vallis Mazariæ.	32 Tyrolenſis.
13 Vallis Nethi.	33 Albaniæ.
14 S. Nicolai.	34 S. Didaci.
15 S. Bernardini.	35 Bauariæ.
16 S. Angeli.	36 S. Thomæ.
17 Dalmatiæ.	37 Poloniæ minoris.
18 Candiæ.	38 Immaculatæ Conceptionis, Ruſſiæ.
19 Boſnæ Croatiæ.	39 Cuſtodia Terræ Sāctę.
20 Auſtriæ.	

Prouinciæ Reformatorum Ciſmontanæ Familiæ.

40 S. Franciſci.	43 Thuſciæ.
41 Romana.	44 Bononiæ.
42 Marchiæ.	45 S. Antonij.

46 Ge-

46 Genuæ.
47 Mediolani.
48 Principatus.
49 Septem Martyrum.
50 Vallis Nemorum.
51 Vallis Mazariæ.
52 Vallis Nethi.
53 S. Nicolai.
54 S. Bernardini.
55 S. Angeli.
56 Minoris Poloniæ.
57 Maioris Poloniæ.
58 Corſicæ.
59 Brixiæ.
60 Baſilicatæ.
61 Terræ Laboris.
62 Calabriæ.
63 S. Didaci.
64 S. Thomæ Apoſtoli.

Prouinciæ, Vltramontanæ Familiæ.

1 Franciæ.
2 Franciæ Pariſienſis.
3 Caſtellæ.
4 Saxonię S. Io: Baptiſtę.
5 Saxoniæ S. Crucis.
6 Turoniæ.
7 Turoniæ Pictauienſis.
8 Aragoniæ.
9 Argentinæ.
10 Aquitaniæ antiquioris.
11 S. Iacobi.
12 Coloniæ.
13 S. Bonauenturæ.
14 Portugalliæ.
15 S. Ludouici.
16 Hiberniæ.
17 Scotiæ.
18 Conceptionis.
19 Datiæ.
20 Britanniæ.
21 Angliæ.
22 Bethicæ.
23 Burgenſis.
24 Angelorum.
25 Pietatis Diſcalceatorum.
26 S. Gabrielis Diſcalceatorum.
27 Cartaginenſis.
28 Flandriæ.
29 Germaniæ inferioris.
30 Algarbiorum.
31 S. Euãgelij de Mexico.
32 Maioricarum.
33 Aquitaniæ Reformatorum.
34 S. Michaelis.
35 Cantabriæ.
36 Duodecim Apoſtolorum de Lima.
37 Canariæ.
38 S. Andreæ.
39 Sardiniæ.
40 Valentiæ.
41 Cathaloniæ.
42 S. Ioſeph in noua Hyſpania.
43 Arrauidorum Diſcalceatorum.
44 S. Ioſeph in Caſtella Diſcalceatorum.
45 Sancti Antonij Diſcalceato-

ceatorũ in Luſitania.
46 S. Io: Baptiſtæ Diſcalceatorum.
47 SS. Petri & Pauli in Mechiochani, in noua Hyſpania.
48 S. Nominis Ieſu de Guatimala.
49 S. Fidei, noui Regni Granatenſis.
50 SS. Trinitatis de Chilla.
51 S. Franciſci de Quito.
52 S. Antonij Charſarum.
53 S. Georgij Micharagnæ in noua Hyſpania.
54 S. Crucis in Inſula S. Dominici Hyſpaniolæ.
55 Granatenſis.
56 S. Gregorij Philippi, Diſcalceatorum.
57 S. Pauli Diſcalceatorum.
58 Zachatecharum.
59 S. Didaci de Mexico Diſcalceatorum.
60 De Laliſco.
61 Guardianus Pariſienſis.
62 Paraguai.
63 S. Helenæ de Florida.
64 S. Thomæ in India Orientali.
65 S. Bernardini Reformatorum.
66 S. Dionyſij.
67 Immaculatæ Conceptionis, in Aquitania Reformatorum.
68 S. Didaci in Bethica Diſcalceatorum.
69 Sanctiſſimi Sacramenti, in Aquitania.

Quo ordine in Generali Capitulo ſedendum. §. 30.

Salmant. c. 8. Vltra v. c. 7. Vallisolet. 1593. — Sedendi ſeries in Gen. Capitulo.

1 IN Capitulari Congregatione, Generalis Miniſter primo loco ſedeat, à cuius dextris immediatè ſedeant, qui Generales Miniſtri fuerunt, inter quos, primus ſit Generalis Miniſter mox officio functus. Deindè Vicarij Generales, qui per biennium officium exercuerunt. Poſteà Procurator Generalis Ordinis, Definitores Generales familiæ, ex qua Generalis aſſumptus eſt, Miniſter Prouinciæ, in qua Capitulum celebratur, Patres Ordinis, ac tandèm Miniſtri, & Cuſtodes eiuſdem familiæ, iuxtà ordinem ſuperiùs aſſignatum.

Ibidem.

2 A ſiniſtris verò Generalis Miniſtri immediatè ſedebit Commiſſarius Generalis iuxtà Bullam Vnionis ele-

electus, quem ordine ſequentur, qui ſimili officio functi ſunt, deinde Commiſſarius Curiæ, Definitores Generales familiæ, ex qua Commiſſarius Generalis aſſumptus. Patres eiuſdem familiæ, & Miniſtri, ac Cuſtodes, ordine ſuperiùs aſſignato.

Valliſolet. 1593. 3 Commiſſarius autèm Generalis Indiarum in Curia Regis Catholici reſidens à dextris, vel à ſiniſtris ſuprà Procuratorem, vel Commiſſarium Curiæ Romanæ ſedebit, prout eiuſdem familiæ viciſſitudo fuerit. Sicut etiam Procurator Generalis Reformatorum immediatè infrà Procuratorem, & Commiſſarium Curiæ Romanæ ſedebit, pro viciſſitudine ſuæ familiæ. *Rom. 1639*

Ibidem. Trid. ſeſſ. 2. c. 22. 4 Si verò contigerit, quempiam debito ordine non ſedere, ac etiam ſententiam ſub verbo: *placet*: perferre, Congregationibus intereſſe, & alios quoſcunque actus facere, decernimus, vt Capitulo durante, nulli præiudicium ex eo generetur, nullique nouum ius acquiratur, quod etiam in Prouincialibus Comitijs quibuſcumquè intelligi debere ſtatuimus.

Prouincialia Capitula, quo tempore, & loco, & à quibus celebranda. §. 31.

Rom. 1587 Valliſolet. 1593. 1 Capitula Prouincialia, pro Officialium electione, alijsquè de cauſis habenda intrà ſæſtum Paſchatis, & Penthecoſtes omninò celebrentur: Quòd ſi Generales eis intereſſe nequiuerint, Commiſſarijs, alijſuè grauioribus Patribus, vt in illis, intrà præſcriptum tempus præſideant, committere teneantur. **Capitula Prouincialia, quando celebranda.**

2 Generalibus Miniſtro, & Commiſſario, ac Viſitatoribus ab eiſdem miſſis cum facultate celebrandi Capitula, liberum ſit, Conuentus aptos ad illa celebranda de aliquorum diſcretorum Prouinciæ conſilio deſtinare; admonemus autèm eos, vt communi Prouinciarum, & Fratrum vtilitati proſpiciant. *Neap. c. 38* **Locum Capituli Prouincialis, quis deſtinat reponit.**

3 Et propterea, ad ſingula Prouinciæ loca Indictionis literas, per quas locus, & tempus, quibus Capitula celebrari debeant, publicentur, opportunè tranſmittāt. *Valliſolet. 1593. & Conſuet.* **Capitula Prouinc. indicenda.**

4 Vo-

Ibidem. Salm. c.8. Vltra. c.9. Neap. c.32

4 Vocales, qui ad Capitulum Prouinciale ex præſcripto accedere debent, ſi, ceſſante impedimento legitimo, à Definitorio approbando, non acceſſerint, trienniò voce actiua, & paſſiua priuentur. Nec propterea Capitulum differatur, ſed ſtatuta die, arbitrio Præſidis celebretur.

Pœna non accedentiũ ad Cap. Prouincialia.

Prouincialium Qualitates.

§. 32.

Trid. ſeſſ. 22.c.1. & ſeſſ. 24.c.1 & 3. Pius V. Gre XIII. Valliſolet. 1593. Rom.1612

1 IN Prouincialem Miniſtrum nullus eligi poſſit, qui morum grauitate, literarum ſcientia, gubernandiquè peritia, ad hoc officium neceſſarijs, præditus non fuerit, & qui trigeſimum quintum ætatis, & à ſuſcepto Religionis habitu vigeſimum annum non exceſſerit. Quiquè Regulam ſeruare, & communem cum alijs vitam ducere, non conſueuerit, & impoſterum, quantùm per officij occupationes licuerit, non poſſit; vt Prouinciam ſibi creditam prudenter gubernare, Fratresque ſibi commiſſos in viam ſalutis dirigere valeat.

Aetas, & qualitates Prouincialis.

Ibidem.

2 Declarantes vitam communem eſſe, quòd promouendus, in Refectorio cum cæteris ſine ſingularitate vixerit, in veſtitu nihil aliud, quàm concedit Regula, habuerit, & vires ſufficientes habeat ad munus ſubeundum.

Commune ſeruare vitam, quid ſit.

Rom.1612 Rom.1639

3 In Prouinciales Miniſtros aſſumi prohibemus, niſi qui de earundem Prouinciarum corpore ſint, ideſt, vel ibi profeſſi, vel ſaltèm per decennium incorporati in eis fuerint, & inſuper inferiorum officiorum gradibus, regiminis ſpecimen præſtauerint; aliter electio irrita ſit, & nulla.

Prouinciales ex ſua Prouincia aſſumantur.

Ibidem.

4 Titulares Miniſtri ad ſuffragandi effectum ſolummodò electi, ad inſtar Commiſſariorum Prouincialium ſe habeant, qui pro Prouincialibus ad Capitula mittantur, nec Patrum Prouinciæ priuilegijs gaudeant.

Prouinciales titulares priuilegijs nõ gaudẽt.

Cuſtodes, & Definitores Prouinciæ.

§. 33.

Salmant. c. 8. Valliſolet. 1593.

Rom. 16. 9

Rom. 1600

Definitores Prouinciales eligēdi.

Eorum officium.

Deficienti alius ſubrogandus, & qua ratione.

1 DE Cuſtodibus, ſeruetur quod ſuprà decretum eſt. Definitores autèm quatuor in quolibet Prouinciali Capitulo eligantur, qui cum Miniſtro, & Patribus ſuprà notatis ad Guardianorum electionem, & aliorum officialiũ inſtitutionem in Capitulo vocari debent, ſi verò legitimè non impediti, conuenire renuerint, officio priuentur, & eorum loco antiquior in dignitate Pater Prouinciæ ſubrogetur. Quæ etiam ſubrogtio fiat, caſu, quo eorum præſentia intrà octo dies haberi non poſſit, vel, ſi Definitor aliquis moriatur, vel officium quoquo modò vacauerit, alitèr electio nulla ſit, dummodò à præcedente ſubrogatione, aut definitoriatu per biennium vacauerit. Subrogatus autèm ſi per biennium integrum in officio perſtiterit, in ſequenti Capitulo eligi non poſſit, &, ſi nullus fuerit Pater, ſubrogetur Guardianus principalioris Conuentus.

Salm. c. 8. Vrb. VIII. Militantis Eccleſiæ.

Salm. c 8. Rom. 1581 Valliſolet. 1593.

Definitores quatuor tantum ſint.

Nec augeantur in Prouincijs.

2 Si plures quatuor, Definitores eligerentur, ſolùm illi quatuor remaneant, quibus plura vota ſuffragata fuerint. Quos vltrà hunc numerum augeri minimè poſſe ſine diſpenſatione Apoſtolica decernimus, ſicut etiam in latioribus Prouincijs, quæ ſuprà, & ſtrictioribus, quæ infra trig nta Conuentus, Guardianatus titulo decoratos habent, vltrà ſexdecim, & duodecim augeri poſſe vetamus, niſi rationabilibus de cauſis, Generalis aliud iudicauerit.

Ibidem. Neap. c. 32.

Definitores ad quæ vocandi.

3 Definitores inſuper ad Congregationem, quæ vim capitularem habet, & ad inſtitutionem, vel depoſitionem cuiuſuis Guardiani, aut Confeſſarij Monialium, extrà Capitulum, aut Congregationem faciendam, & ad ferendas ſententias, vbi priuatio officij, vel ſuffragiorum, aut alia pœna per proceſſum, & ſententiam infligitur, ſub pœna nullitatis, à Prouinciali ſemper vocandi ſunt; dumodò extrà Prouinciam non exiſtant, & longiùs, quàm intrà tres dies, eorum præſentia haberi poſ-

poſſit,quo caſu alij,vt ſuprà ſubrogari debent. Liberum tamèn erit Prouinciali, vbi priuatio ipſo facto ſit impoſita,Guardianum, vel Confeſſarium ſuſpendere, dummodò vltrà tres menſes ſuſpenſio non differatur, ſed intrà hoc ſpatium in Definitorio iudicetur.

Cong.Gen. Rom.1615 — Suſpēſio ab officio Guardiani, quantum duret.

4 Priuationis verò pœnam incurriſſe, ſine Definitorio declarare non poſſit. Idem omninò Prouinciarum Viſitatores obſeruare teneantur. Qui omnes vocalem nullum in Capitulo priuare poſſint,ſed per menſem anteà definitiuè decernant,ſub pœna nullitatis.

Ibidem. — Sententiare Prouincialis non poteſt ſine Definitorio.

5 Ad Definitoriatus dignitatē promoueri nemo poſſit, niſi trigeſimum ætatis, & Religionis quintum decimum exceſſerit, & in Prædicationis, aut Lecturæ munere per annos ſaltèm quatuor laudabiliter verſatus, aut Nouitiorum Magiſter, vel à Secretis Prouincialis Miniſtri,vel Guardianus trienniò laudabiliter extiterit, & morum grauitate,vitæque integritate ornatus ſit,aliter electiones nullæ ſint.

Rom.1587 Valliſolet. 1593. — Definitorū ætas, & conditiones.

6 Definitores in vno Capitulo electi, ad idem officium, niſi ſexennio tranſacto, reeligi non poſſint.

Greg. XV. Militantia Eccleſiæ. cum declar. Congr. 13. Nou. 1631. Salm. c.8. Rom.1639 — Quantum temporis vacare debet.

7 Definitores duo ex eadem cognatione eligi non poſſint.

Ex eadem cognatione duo eſſe nō poſſint.

Agenda poſt prædictas electiones in Definitorio. §. 34.

1 CElebratis,& confirmatis electionibus, Præſidis, aut Prouincialis mandato, Diſcretorium omnium vocalium ſtatutis horis inſtituatur, in quo ſpectantia ad Prouinciam, vt ſuprà dictum eſt, pertractentur.

Valliſolet. 1593. — Diſcretoriū Prouinciale in Capitulo fiat.

2 Conuocetur pariter Definitorium ſingulis diebus horis opportunis, in quo Prouincialis præſideat, ſi Præſes abſit, quo inconſulto, nec aliquid definiri, nec definitum obligare poſſit.

Ibidem. — Ac etiam conuocetur Definitoriū.

3 In Prouinciali Capitulo, ſicut etiam in Congregationibus intermedijs omnes Guardiani, ac Monialium Confeſſarij ſuis officijs vel per ſe, vel per literas renunciare teneantur, quam renunciationem admittere, vel

Ibidem. — Guardiani ſuis officijs renuncient.

Rom. 1615 non admittere poteſt Definitorium, prout publicæ vtilitati magis expedire iudicauerit, etiam nulla interueniente cauſa.

Ibidem. 4 A ſingulis Guardianis, de rebus, tàm ad totam Prouinciam, quàm ad particulares Conuentus, & Fratres ſpectantibus Definitorium diligenter inquirat, & quæ in Diſcretorio propoſita ſunt, examinet, & diſcutiat. Definitoriū à Guardianis [illegible]

5 Examinatores quatuor, aut tres, vel ad minimùm duo, doctrina, & integritate præſtantes pro approbandis Prædicatoribus, Confeſſarijs, Studentibus, Lectoribus, ad ordinationem mittendis, deputentur, ac in vno, vel pluribus locis, prout melius videbitur expedire collocentur. Examinatores deputandi.

6 Aliqui etiam, qui rerum omnium inuentaria recognoſcant, qui receptarum eleemoſynarum calculos diligenter confectos, & ad Capitulum à Guardianis deferendos fideli adminiſtratione diſcutiant; quique Dei gloriam, animarum ſalutem, Regulam, & regularem diſciplinam concernentia ſedulò examinent, & pro opportunitate prouideant, inſtituantur. Inuentaria recognoſcātur.

Rom. 1642 7 Guardiani deinceps, quia verè Prælati ſunt, & canonicè eligi debent, per vota ſecreta Patrum Definitorij eligantur, aliàs electio, & deputatio eo ipſo nulla ſit: electionis autèm modus erit: Proponantur à Præſide, vel à Prouinciali Miniſtro, qui ad tale officium apti iudicabuntur, ſinguli pro ſingulis Conuentibus. De propoſito, nulla facta publicè in Definitorio meritorum diſcuſſione, recipiantur in vrna, vel vaſe aliquo vota ſecreta per calculos albos, vel nigros, vel id generis alia, ſi maior pars calculorum affirmantium acceſſerit, canonicè electus, ſin minùs, propoponetur aliàs, vſquequò electio canonica celebrata fuerit. Guardiani per vota ſecreta eligātur.

8 Confeſſarij verò Monialium, Nouitiorum Magiſtri, & alij Officiales quicunquè, communi conſilio, & conſenſu, proponente eodem Præſide, vel Prouinciali, iuxtà veterem Religionis conſuetudinem inſtituantur. Officiales reliqui inſtituantur.

Guar-

Guardiani, quales eſſe debent.

§. 35.

Neap. c. 5. Medinen. 1499. Salm. c. 8. Rom. 1587

1 GVuardiani eligantur vitæ integritate, morum innocentia, regularis diſciplinæ cultu, ſcientia, & gerendarum rerum vſu præſtantes. — Guardianorum qualitates.

2 Nec ad tale officium eligi poſſit, qui trigeſimum ætatis ſuæ annum, & Religionis decimum non exceſſerit, & qui aliàs Guardianus non fuit, eligi non poſſit, niſi anteà Vicarius, aut Secretarius Prouincialis bienniò priùs non fuerit, aut prædicationis, vel Lecturæ munere trienniò functus ſit, à quo decreto, vltramarinas Prouincias, ob paucitatem Fratrum, excipimus. — Aetas. Conditiones.

Vallisolet. 1593. Rom. 1612 Paulus IV.

3 Guardiani in officio ſuo vſquè ad triennium, etiam in eodem loco continuare poſſint, ſi ob communem vtilitatem Definitorio viſum fuerit, ſed vltrà triennium nullatenus prorogentur, nec in eodem, nec in alio Conuentu, nec ſub titulo Guardiani, nec ſub vocabulo Præſidentis. Quòd ſi Conuentui vacanti deſtinatus fuerit aliquis Præſidens, is eiuſdem Guardianus immediatè fieri non poterit, ſub pœna priuationis officij Prouinciali conſentienti, & nullitatis electionis ipſo facto. — Duratio.

Salm. c. 8.

4 Guardiani, completo triennio per annum ſaltèm vacare debeant, qui non minor decem, aut vndecim menſium ſit. — Vacatio.

Salm. c. 8. Rom. 1575

Poſſit Definitorium aliquos ſibi benèuiſos de vno, ad alium Guardianatum transferre, qui, ſi conquerantur, dictis officijs omninò priuentur. — Translatio.

Vallisolet. 1593. Cle. VIII. de Ref. Regul.

5 Guardiani, Magiſtri Nouitiorum, ſimul eſſe non poſſint, cùm vtrumquè officium rectè exercere non valeant. — Guardiani, non ſint Magiſtri Nouitiorum.

Neap. c. 7.

6 Quilibet Guardianus, ſub priuatione officij, vociſquè actiuæ, in Conuentu habeat Regulam, & hæc Statuta Generalia, & Prouincialia, Conuentus ſigillum, quæ omnia diligenter cuſtodiat, & qualibet ſexta feria Regulam, & Teſtamentum S. P. N. Franciſci, ac tempore præſcripto Statuta legi faciat. — Quæ habere tenentur in Conuentibus.

7 Quæ

Ibidem. 7 Quæ omnia, cùm ad Prouinciale Capitulum eundum eſt, Conuentus Præſidi aſſignet: Præſidi autèm, ſub iiſdem pœnis, ab eodem loco diſcedere nè liceat, niſi prædicta omnia ipſi Guardiano, vel eius ſucceſſori anteà reſignet, ſimul cum Inuentariorum originalibus, quæ ipſe Guardianus conficere, & Præſes cuſtodire, ac reddere teneatur. *Ac Præſidi. tibus conſignare.*

8 Et, vt ambitionis, & conturbationis materies ſubducatur, ſoli Miniſtro cum ſui Definitorij Patribus liberum ſit Guardianos eligere, ac Familias per Conuentus diſponere, ſublata quibuslibet intelligentia, arbitrio, vel ſuperintendentia Patrum præteritorum, ſiuè ij Miniſtri, & Definitores, vel Cuſtodes fuerint, ſiuè Definitores Generales, aut Commiſſarij Curiæ, vel Procuratores Generales extiterint, ità vt in inſtitutione Guardianorum, in collocatione Fratrum, & in diſpoſitione Conuentuum, nullus ad prædictos Patres habeatur reſpectus, ſub pœna priuationis officij tàm Prouincialibus contrauenientibus, quàm Guardianis electis, arbitrio Eminentiſſimi D. Protectoris, ac Reuerendiſſimorum Generalium. Quòd, ſi dicti Patres aliquid contra præſentem Conſtitutionem moliri, attentare, aut innouare præſumpſerint, præfatorum Superiorum arbitratu, in alias Prouincias transferantur. *Vrb. VIII. Militantis Eccleſiæ.* *Patres nihil ſibi arrogẽt in prouincijs.*

Vicarij, & Procuratores Conuentuum. §. 36.

Vallisolet. 1593. 1 Conuentuum Vicarij inſtituantur moribus, & vita probati qui die, noctuq. Diuinis Officijs, Orationi, ac ſacro cultui aſſiſtant, quiq. ætatis annos triginta, & Religionis decem attigerint. In præcipuis autèm Conuentibus, grauiores inſtituantur, qui huiuſmodi muneri reſpondere poſſint. *Vicariorum qualitates, & ætas.*

Pariſien. 1579. 2 In vnoquoquè Conuentu Prædicator vnus collocetur, qui dubijs, & difficultatibus occurrentibus, reſpondere, & populis ædificationi eſſe poſsit. *Prædicatores in ſingulis Conuentibus collocandi.*

Con-

Congregatio Capitularis. §. 37.

Valliſolet. 1593. 1 Congregationes Capitulares bis, aut ſaltèm ſemel celebrentur prout iudicio Patrum, Prouinciarum bono expedire videbitur. Congregatio Capitularis quoties habenda.

2 Antè Congregationem, Prouinciales, Generalem admoneant, & licentiam ab eo pro illius celebratione recipiant, vt, ſi quid pro bono Prouinciarum ordinandum fuerit, ordinare poſsit. Non celebretur incõſulto Generali.

3 Indictionem, preces, & ſupplicationes, quæ antè Capitulum præſtari decreta ſunt, etiam antè Congregationem, Prouinciales præſtent. Illius indictio præmittenda.

Prouincialium Miniſtrorum officium, & poteſtas. §. 38.

Salmant. c.8. Leo X. Ite & vos. Rom.1612 Cle.VIII. 1 Miniſtri Prouinciales triennales ſint, & finito triennio, ab officio abſoluti cenſeantur. Quòd ſi authoritate Generalis, Capitulum differri contingat, Prouincias, vltrà triennium vſquè ad ſequens Capitulum (quod non vltrà ſex menſes prorogetur) non tanquam Miniſtri, ſed tanquam Commiſſarij gubernent, niſi Generalis aliud ordinauerit. Et per tantundem temporis Definitorum, & Guardianorum officia prorogata intelligantur. Prouinciales ſunt triennales, plus, minus.

Trid. ſeſſ. 24. c.3. Valliſolet. 1593. Cong.Gen. Rom.1693 2 Singulis annis bis, aut ſemel ſaltẽ vniuerſam Prouinciam viſitare teneantur, ac quæ de viſitatione Generalis ordinata ſunt, adimplere. Et nè maiorem anni partẽ in vno Prouinciæ Cõuentu inſumant, per ſanctam obedientiã præcipimus, vt officij ſui tempus totum, ſecundũm locorũ exigentiã, proportionaliter diſtribuant. Prouinciam viſitent. In vno Conuẽtu, vt plurimùm non morentur.

Rom.1571 3 Ab ordinaria iuriſdictione, obedientia, & Viſitatione Prouincialis nullus Fratrum, nulla Monialis, nulla Prouincia, nullum Monaſterium, aut Conuentus exempta ſint, ſed ei omnes obediant in ijs, quæ non ſunt contra animam, & Regulam noſtram, & immediatè ſubſint, niſi quando Generalis per ſe, aut per ſuos Commiſſarios viſitauerit. Ab ipſorum iuriſdictione nullus exemptus.

4 Mi-

Rom.1575 4 Miniſtri Prouinciales delinquentium punitiones non differant vſquè ad Generalis aduentum,ſed eos pro meritis iudicent ſub priuationis officij pœna, arbitrio Superiorum. Delinquentium punitiones non differant.

Ibidem. 5 In omnibus Viſitationibus Confeſſarios ſæcularium, vel per ſe examinent,vel per alios accuratè examinari faciant,vt ſic diligentius morali ſcientiæ vacent. Cōfeſſarios examinent.

Salm. c.8. Valliſolet. 1593. 6 Prouinciales Miniſtri in ſuis Prouincijs, de omnibus in Capitulo, Congregatione, vel Defiuitorio determinatis regeſtum fieri curent, & in eo omnia acta alicuius momenti adnotentur, in quo etiam carcerati, aut pœnitentiati deſcribantur, tacitis tamen defectibus, ob quos carcerati, aut puniti fuerint. Quod regeſtum in Prouinciali Archiuio perpetuò aſſeruetur. Regeſtum actorum. & delinquentium conficiant.

Salm. c.8. 7 Nullus Prouincialis,per Commiſsionem ſibi à Generali factam in propria Prouincia, etiam cum poteſtatis plenitudine,ſit ab obedientia, & iuriſdictione Commiſſarij,ad eandē Prouinciam à Generali miſsi exemptus,ſed ei per omnia ſubijciatur,ac ſi nulla eidem commiſſio facta fuiſſet. A Viſitatoribus non eximuntur.

Ibidem. 8 Prouincialibus fines Prouinciæ egredi non liceat, niſi de conſilio, & conſenſu Diſcretorum Prouinciæ, & Commiſſarium,qui eam gubernet,anteà inſtituerint. Extrà Prouinciā egredi quomodo poſsint.

Ibidem. Rom.1639 9 Si autèm Prouincialem ipſum extrà Prouinciam mori contigerit, præfatus Commiſſarius ab eo relictus, ſub titulo, & appellatione Vicarij Prouincialis in officio ſuccedat,quòuſq. Capitulū Prouinciale celebretur. Diſcedente Prouinciali extra Prouinciā, quis ſubrogādus.

10 Quando autèm,abſente Miniſtro, Commiſſarius moreretur, Prouinciæ regimen ad digniorem ipſius Patrem,cum eadem authoritate,vſquè ad Prouincialis regreſſum deferatur. Moriente Commiſſario Prouinciæ, quis gubernabit.

Ibidem. 11 Duo fratres germani in Prouincialatu ſibi immediatè ſuccedere non poſſint. Duo fratres germani in prouincialatu ſibi non ſuccedant.

Salm. c. 8. 12 Prouinciale Capitulum, maximè vbi nouus Prouincialis ſit eligendus, nullum celebrari poſsit, niſi Generalis ipſe, aut Commiſſarius Viſitator, aut Præſes ab eo deputatus eidem præſideat. Capit. ſine licētia Gen. non celebrandum.

Ibidem. 13 Prouinciales, duos tantùm ſocios habeant, moribus,& vita probatos, interquè Fratres exemplaritate conſpicuos. Prouincialium locij.

14 Com-

Ibidem. 14 Commiſſarios particulares per Prouinciam, niſi vrgenti de cauſa, ad certa negocia non mittant, quibus finitis, Commiſſariorum eiuſmodi ceſſet authoritas, & ſpiret officium. — Commiſſarios nõ mittãt, niſi, &c.

Ibidem. 15 Miniſtri Candiæ ad Generale Capitulum accedere non teneantur, ſed Commiſſarius, cum Cuſtode, communi Patrum Diſcretorum conſilio, & conſenſu mitti poſsit, Intereà Prouinciam regat, donec nouus Miniſter in Generali Capitulo electus, in Prouinciam venerit. — Miniſter Candiæ ad Capitulũ Gen. accedere nõ tenetur.

Rom.1612 16 Prouinciæ nouiter erectæ, pro prima vice Miniſtrum Prouincialem, ac Definitorium cum Cuſtode, Miniſter Generalis inſtituet, vt hac ratione, paci, & tranquillitati proſpiciatur. — Nouæ Prouinciæ Generalis prouideat.

Rom.1639 17 Miniſtri Prouinciales, & Definitores actuales, extrà ſuam Prouinciam præcedant eos, qui fuerunt Miniſtri, & Definitores reſpectiuè. — Prouinciales, & Definitor. actuales, alios præcedant, qui tales fuerũt extra Prouinciam.

Miniſtri Prouinciales, officio functi.

§. 39.

Salm. c.8. Pius V. Gre.XIII. Greg.XV. Militãtis Eccleſiæ. 1 Non poſſint ad idem officium reeligi in propria Prouincia, niſi ſexenniò anteà vacauerint. In aliena autèm poſſint, ſi Generalis rationabili de cauſa id iudicauerit. — Prouinciales, quantũ vacare debeant.

Salmant. c.8. Rom.1639 2 Ad Definitoriatus, & Guardianatus officia in Capitulo, in quo ſuum explent munus, ſub nullitate electionis, promoueri non poſsint. — Eligi in Definitores, & Guardianos non poſſunt.

3 Præter Patres Ordinis, & Definitores Generales, alios quoſcunquè in ſuis Prouincijs præcedant. — *Neap.c.12* — Quos præcedant.

Salm. c.8. Cle. VIII. Ord. Seraphic. Greg.XV. Militãtis. Vrb.VIII. Militãtis. 4 Poſſint habere ſocium gratum, qui in domeſticis, & priuatis neceſſitatibus, eis deſeruiat, qui tamen Clericus non ſit, & in reliquis Superiori locali ſubijciatur. — Habeant ſocium gratũ.

5 Exceptis præcedentia, & ſocio, nullum aliud priuilegium habere poſſint, nec in Prouincia, nec in Definitorio, nec in Conuentu, cum non tantùm ijs, qui Prouinciales fuerunt, ſed etiam omnibus alijs Patri- — Et nullum aliud priuilegium poſſideant.

Rom. 1625 & 1639. bus quòcunque nomine appellentur (excluſis Generalibus) Priuilegia omnia tàm perſonalia, quàm realia ſunt per Apoſtolicas Conſtitutiones adempta.

Prouinciali Miniſtro, in officio ab hac vita decedente. §. 40.

Salm. c. 8. Valliſolet. 1593. 1 SI Prouincialis in officio moriatur, Guardianus Conuentus vbi eum decedere contigerit, vnà cum eius Secretario ſcripturas ad Prouinciam ſpectantes in Inuentarium referant, ac minori Prouinciæ ſigillo communitas, ad antiquiorem Prouinciæ Diſcretum, vel perpetuum, ſi aderit, vel pro tempore, cum Prouinciæ ſigillis fideliter deferant. *Prouinciali in officio decedente, quid agendum.*

Ibidem. Rom. 1639. 2 Qui acceptas ſcripturas, ſimul cum eis recognoſcat, & abſquè mora, conuocato Definitorio faciat Vicarij Prouincialis electionem, in qua votum actiuum habeat, & paſsiuum. Quòd ſi Miniſter, aut Commiſſarius Generalis intrà tres dies abſiſtant, conſulendi ſunt, & eorum reſponſio expectanda: ſi tamen longius abſint, ijs inconſultis fiat electio, non obſtante quocunque ſtatuto in contrarium facto. *Vicarius Prouincialis, quomodo eligatur.*

Salm. c. 8. Valliſolet. 1593. 3 Si verò intrà terminos communes duorum Conuentuum Miniſtrum mori contigerit, Guardianus eius loci, qui aliqua ratione dignior habebitur, ſuprà ordinata præſtabit.

Rom. 1639. 4 Vicarij Prouinciales, qui per biennium completum in officio ſteterunt, Patrum Prouinciæ priuilegiū, & præcedentiam habeant. eos tamen ſubſequentur, qui Miniſtri Prouinciales extiterunt. Abſoluto tamen Vicariatus officio, in Prouinciales, non niſi poſt triennium eligi poſsint. Qui verò per biennium integrum in officio non ſteterint, nullo gaudeant priuilegio, ſed abſque vllo vacationis interſtitio, in Miniſtros Prouinciales eligi poterunt. *Vicarij per biennium, ſunt Patres, & Miniſtri eligi non poſſunt.*

Ibidem. 5 Is, qui mortuo Prouinciali, vel quolibet euentu in Vicarium Prouincialem fuit aſſumptus, vſquè ad Capituli Prouincialis celebrationem in officio durabit. *Vicarius Prouincialis vſquè ad Capitulum durat.*

Capi-

Capitulum verò, pro Superiorum Generalium arbitrio, anticipari poterit, vel prorogari, dummòdo tempus lege præſcriptum non excedatur.

Reſidentia. §. 41.

Trid. ſeſſ. 23. c. 1. de Reform. Vallisſolet. 1593.

Cauſæ à reſidentia diſpenſantes.

1 CVm enim Chriſtiana charitas, vrgens neceſſitas, debita obedientia, & euidens Reipublicæ vtilitas abſentiam legitiment, decernimus, vt ob has cauſas apud Superiores in ſcriptis probatas, & non per alias, poſſint Superiores, quibus cura animarum incumbit, aliquando à reſidentia abeſſe. *Ibidem.* Extrà quas, per vnam, aut alteram, ad ſummùm, hæbdomadam, à reſidentia abeſſe, dummòdo ſubditorum detrimentum non adſit, extra culpam eos cenſemus, quia *qui aliquantiſper tantùm abſunt, non videntur abeſſe, quia ſtàtim ſunt reuerſuri.*

Ibidem.

Non reſidentium pœnæ.

2 Si quis autèm contrà hoc decretum abſuerit, vltrà pœnas per ſacros Canones in non reſidentes inflictas, ac peccati mortalis reatum, quem incurrunt, etiam ab officio ſuſpendendum, vel Superioris arbitrio priuandum eſſe decernimus, ac vacanti officio opportunè prouidendum.

Vicarios Guardiani deſtinēt in eorum abſentia.

3 Et ſicuti abſentiæ Prouincialium, per deputationem Commiſſarij ſuprà prouiſum eſt; ità Superiores locales, ex Diſcretorum ſuorum ſententia, aliquem deſtinent, qui Conuentus, in ſua abſentia curam gerant, niſi Vicarium, à Capitulo inſtitutum habuerint, vel à Prouinciali aliter prouiſum fuerit. Inſtitutus autèm, vt ſuprà à Guardiano, Conuentum reget, ſi in abſentia mori contigerit Guardianum, vſquè ad nouam prouiſionem à Prouinciali faciendam.

Tituli, & præcedentia. §. 42.

Salmant. 1618.

Tolluntur tituli.

1 AD tollendos circà titulorum formam, varios abuſus, ſancitur, nè quis Frater deinceps alteri, cuiuſcunque gradus exiſtat, literas

ſcribere audeat, ſub alicuius tituli forma, ſed abſolutè ſcribat, Patri Fratri N. (ſi ſit Sacerdos) addendo patriam, officium, & gradum. Si verò ſit Clericus, vel Laicus, ſcribatur Fratri N. &, ſi quis aliter ſcribere præſumpſerit, ſuffragiorum iure trienniò careat, & alijs arbitrarijs pœnis afficiatur. Exceptis tamen Reuerendiſſimis Patribus Miniſtro, & Commiſſario Generalibus.

Neap.c.41 Valliſolet. 1593. 2 Præcedant autèm iuxtà ſequentem ordinem. Miniſter, Vicarius, Commiſſarius Generales ſuo functi officio, vbiquè, ac ſemper ſecundum locum teneant, itá vt nunquam, niſi vnum Superiorem in ratione ſedendi habeant. Quos, ſi vnàcum Generali Miniſtro eſſe contigerit, ſeruent ordinem pro Generali Capitulo prænotatum. *Præcedentiæ gradus.*

3 Prouinciales Miniſtri in ſuis Prouincijs poſt hos, cæteros alios præcedant.

4 Procurator Generalis, Commiſſarius Romanæ Curiæ, Procurator Reformatorum, Definitores Generales, & Patres Ordinis poſt Prouinciales, & Guardianos propriæ Prouinciæ, & Conuentuum, omnes, alios præcedant, in omnibus Prouincijs: inter ſe autèm ex habitus antiquitate.

5 Prouinciales officio functi, tàm in propria, quàm in aliena Prouincia, & qui Guardiani Ieruſalem, vel Præſidentes per triennium fuerunt, poſt hos, cæteros præcedant, inter ſe ex antiquitate electionis. Niſi quòd, *Cong.Gen. Rom.1615* qui in aliena Prouincia Miniſtri fuerunt, cedant locum ijs, qui tale officium obtinuerunt in propria.

6 Qui à ſecretis Miniſtri, Vicarij, aut Commiſſarij Generalis fuerint, in vnaquaquè Pruuincia Definitores actuales præcedant. In Comitijs verò Generalibus, Patres Ordinis immediatè ſequantur.

7 Cuſtodes, & Definitores Prouinciales actuales *Cong.Gen. Rom.1615* poſt hos, & Guardianos locorum, alios præcedant. In Capitulis autem Prouincialibus, etiam Guardianos. Completo autèm officio Cuſtodes, eos, qui Definitores fuerunt, etiam præcedant, inter ſe autèm reſpectiuè, ex antiquitate habitus.

Rom.1639 8 Procuratoris, & Commiſſarij Generalis in Romana

Cong.Gen. Rom.1642 mana Curia Secretarij, poſtquam officium per triennium expleuerint, qui ex nuperrimo Generali Capitulo immunitatibus, & priuilegijs gaudent eorum, qui Definitores fuerunt, poſt eos, qui Definitores per electionem extiterunt, vel exiſtent, ſedebunt, cæteros præcedent. Sicuti dum actu ſunt in officio ſui Secretariatus, præcedent Secretarios Prouinciales, quod etiam intelligitur de Secretario Romanæ Prouinciæ.

9 Lectores, Theologi, & Prædicatores clariſſimi actuales poſt prædictos, alios præcedent. Alibi autèm, & inter ſe ex antiquitate habitus.

10 Prouincialium Secretarij in propria, poſt prædictos, præcedent alios.

11 Prouinciarum Patres, poſt dictos, alios præcedent: in Capitulis verò etiam Guardianos.

12 Guardiani extrà ſuos Conuentus, poſt prædictos, & Lectores, ac Prædicatores actuales, alios præcedent.

13 Vicarij in ſuo quiſquè Conuentu poſt hos, præcedent omnes, etiam Lectores actuales artium, Prædicatores Annuales, ac etiam Quadrageſimales.

14 Lectores artium, qui nunquam Theologiam legerunt, & Prædicatores Conuentuum, poſt Vicarios immediatè ſedebunt. Alios autèm, qui trigeſimum annum non attigerunt, vel in principalioribus Prouinciæ Conuentibus Guardiani non fuerunt præcedent. (Rom.1639)

15 Lectores Canonum, ſiuè Caſuum cōſcientiæ, niſi aliàs Theologiam, vel artes legerint, poſt hos, alios anteibunt. Inter ſe autèm ex antiquitate habitus. (Salm. int. 1618.)

16 Poſt hos, Sacerdotes, Clerici, & Laici pro antiquitate ordinis præcedent.

Tabella Patrum, & Suffragiorum.
§. 43.

Neap.c.42 1 CHriſtianæ pietatis poſtulat ratio, vt Patrum, qui nos præceſſerunt cum ſigno fidei, & dormiunt in ſomno pacis, memoria ſemper agenda ſit. Quapròpter decernimus, Tabellas cum nominibus eorum, qui vel vniuerſam Religionem, vel (Defunctorũ tabella conficienda.)

alteram

alteram Familiam, vel Prouincias reſpectiuè gubernarunt, vel Ordinis Protectores fuerunt, conſignatas, pro locorum, & temporum ratione, conficiendas eſſe, ac in Sacriſtijs, loco patenti appendendas, vt Sacerdotes ſinguli ſacrum facturi, communis mortalitatis admoniti, pro ijs preces ad Deum, & ſacrificia frequentius offerant.

2 Pro quibusetiam, cùm obierint, vbiprimùm de eorum obitu pronunciatum fuerit, tribus continuis diebus, ex præcepto Eccleſiæ, non impeditis, in omni Conuentu, pro Protectoribus; & Generalibus in vniuerſo Ordine; pro Commiſſario Generali in ſua Familia; pro Miniſtris, & Patribus Ordinis in ſuis Prouincijs ſolemnis Miſſa decantetur. accenſis circa tumbam intorſtitijs, prout iuxtà vires licebit, & ſinguli Sacerdotes illis ipſis diebus pro eiſdem celebrent. Clerici verò Defunctorum Officium; Laici autèm centies Orationem Dominicam cum Salutatione Angelica; & Requiem æternam, ſingulis eiſdem diebus recitent. *Pro defunctis Prælatis ſuffragia fiant.*

3 Vt autèm antiquum pietatis morem noſtri Ordinis refricemus. Cum primum aliquis Frater mortuus fuerit, teneatur Guardianus, ſub pœna, Prouinciali arbitraria, eum ſtatim de obitu certiorem facere, qui per totam Prouinciam iubeat, quàm primùm, pro anima illius recitari Officium Defunctorum in Choro; cantari Miſſam Defunctorum ſolemnem: ſingulos Sacerdotes pro ipſo ſacrum offerre: ac Clericos, & Laicos, vt ſuprà, preces ſemel ad Deum fundere. *Cong. Gen. Rom. 1615* *Ac etiã pro omnibus alijs Fratribus.*

Commiſſarij Viſitatores. §. 44.

1 Commiſſarij, quos ad viſitandas Prouincias, Generalis cum impeditus fuerit, mittet, ex vicinioribus Prouincijs aſſumantur, ſintq. prudentes pietate, & Religione inſignes, rerum agendarum vſu, ac dexteritate præſtantes, qui aliàs Miniſtri fuerint, vel ſint, aut Definitores Generales, vel Patres Ordinis, ſeu Prouinciarum Definitores exiſtant. *Leo X. Ite & vos. Salm. c. 8. Aquil. 1559. Valliſolet. 1593. Cong. Gen. Rom. 1603* *Commiſſariorum delegandorũ qualitates.*

2 Viſitatores huiuſmodi regulariter mittendi ſunt, quando

Salm. c. 8. Vallisolet. 1593.

quandò Prouincialis Miniſtri electio celebranda erit, idquè opportuno tempore, vt totam Prouinciam, antè Capitulum diligenter viſitare poſsint.

Deſtinētur ad celebrationes Capitulorum.

Ibidem.

3 Nec eos deſtinari volumus extrà celebrationem Capitulorum, niſi vrgentibus de cauſis, à maiori parte Patrum Prouinciæ requirantur. Miſſus à Generali pro arduo aliquo negocio, vel ad Prouinciæ poſtulationem, completo negocio, mox de Prouincia egredi, & ad propriam redire teneatur.

Vallisolet. 1593.

Extrà autē, non niſi ex cauſa.

Commiſſarius completo negocio abſcedat.

4 Viſitator, antequàm commiſſionem ſuam exequatur, eam Prouinciali per ſe præſenti oſtendat, aut per literas abſenti ſignificet.

Salm. c. 8. Rom. 1571

Suas patentes Prouinciali notificet.

Deinde, antè viſitationem Prouinciali locum aſſignet, qui non ſit de principalioribus Prouinciæ, vbi commorari debeat, quoùſque viſitatio abſoluatur.

Vallisolet. 1593.

Prouinciali locum aſsignet.

5 Poſteà communibus literis aduentum ſuum in Prouinciam ſignificet, particulareſquè poſt matutinas, & veſpertinas horas, pro fælici viſitationis progreſſu omnibus Conuentibus orationes indicat.

Ibidem.

Viſitationē communibus literis ſignificet.

6 Sub pœna Apoſtaſiæ, ipſo facto incurrenda, nè extrà ſui Conuentus limites, ſine ſua obedientia Fratres egrediantur, inhibeat, vt omnes viſitationi paratos inueniat.

Ibidem.

Vagari vetet.

7 Moneat Fratres, nè per ſæcularia ſuffragia, ad Religionis dignitates aſpirent, pœnis Apoſtolicis, ſi contrauenerint, vtique puniendos.

Ibidem.

Ambitum per fauores prohibeat.

8 Duobus tantùm ſocijs, iiſque modeſtis, & exemplaribus ſit contentus, diligenter, & cæleriter infrà tres menſes, quibus finitis nullum actum iuriſdictionis exercebit, viſitationem abſoluat. Pedeſtris quantùm fieri poterit, incedat. Superfluos ſumptus abhorreat, ac in omnibus ſe memorem paupertatis oſtendat. Super omnia execretur munuſcula, ſciens ſe peccato mortali, reſtitutioni, & pœnis contrà munerum receptores, obnoxium.

Vallisolet. 1593. Cong. Gen. Rom. 1603 Pius V. Cle. VIII. de largit. mun.

Duos ſocios habeat.

Commiſsio eius tres mēſes duret.

Quid in moribus præſtare debeat.

9 In quolibet Conuentu conuocatos Fratres ad Capitulum, paterno zelo, ad manifeſtanda, quæ de iure manifeſtari debēt, hortetur, quinimò per ſanctam obedientiam præcipiat, vt quæ pro Dei gloria, animarum ſalute, obſeruantia Regulæ, & Religionis augmento

Vallisolet. 1593.

Fratres ſermone commoneat.

pro

pro conſcientia dicenda ſunt, ſiuè paternè, ſiuè iudicialiter manifeſtent.

Ibidem. 10 His peractis, viſitet in Eccleſia Sanctiſsimũ Euchariſtiæ Sacramentum, Sanctorum reliquias, Oleum ſanctum, Altaria, Cappellas, Oratoria, Confeſsionalia, Sepulturas. *Viſitet Eccleſiam.*

11 In Sacriſtia viſitet Armaria, Capſas, ſacram ſupellectilem, Vaſa ſacra, Calices, Corporalia, Purificatoria, Tabellas ſuffragiorum, Oratoria, &c. *Sacriſtiam.*

12 In Infirmaria, ſi omnibus ad Infirmorum curam neceſſarijs ſit inſtructa, ſi Infirmis ſecundùm neceſsitatem, de Medicis, medicamentis, cibis, & Infirmarijs benè prouiſum ſit. Si charitas circà Infirmos ſecundùm Regulam exerceatur. Si Aromatariam competentem habeat, ſi res ad Infirmos tàm in Aromataria, quàm in Infirmaria ordinatæ, rectè, & ritè conſeruentur, & diſpenſentur. *Infirmariã.*

13 In Hoſpitio, an omnia, quæ circa Hoſpitum receptionem ordinata ſunt, adſint, & præſtentur. *Hoſpitium.*

14 In cellis viſitet libros, veſtes, ſupellectilẽ, imagines, & quicquid ibi cõtinetur, an vani, ſuperflui, curioſi, & noſtro ſtatui repugnantis aliquid contineant. *Cellas.*

15 In cæteris tandèm officinis inquirat, ſi inſtrumentis competentibus ſint refertæ, ſi Fratrum vſibus accommodatæ, ſi paupertati noſtræ, ſtatuique abſonum aliquid contineant, & ab illis omnibus ſuperflua, repugnantia, vana remoueat, & quæ opportuna fuerint, ordinet, atque præcipiat. *Officinas.*

Ibidem. 16 Poſtmodùm, Fratres ſingulos coràm ſe conuocet, ab infimis incipiens, & ab illis diligenter inquirat. *Fratres ſingulos.*

I. An cultus diuinus die, noctuquè in Eccleſia, & in Choro, circà Miſſas, Officium, & cæremonias ritè perſoluatur. *Capita Viſitationis.*

II. An in Refectorio, ad communem menſam, ad Benedictionem, & Lectionem, omnes conueniant, & à particularibus abſtineant.

III. An ſint in Conuentu, aut tota Prouincia paupertatis, caſtitatis, & obedientiæ violatores.

IV. An pecuniariæ quæſtuationes fiant, pecuniæque extrahantur, vel expendantur.

V. An

V. An Generalia, & Prouincialia ſtatuta legantur, & obſeruentur.

VI, An Guardianus ſuo muneri ſatisfaciat, & vitæ exemplo alios ædificet.

VII. An Prouincialis rectè gubernauerit, iuſtitiam coluerit, alios iuſtitia, vel charitate non offenderit, ſocioſquè habuerit quales decet.

VIII. An in eo loco, vel Prouincia ſint abuſus Regulæ, & Conſtitutionum transgreſſiones.

IX. An ſint perturbatores, ſeductores, diſcordiarum ſeminatores, malorum fautores, capita partium.

Pract. crimin. fol. 21 ex c. ea quæ de ſtat. mon. §. ſequentes autē.

X. An Viſitator Commiſſarius ſuus immediatus anteceſſor, iuſtitiam, & charitatem violauerit, aliquos offenderit, & ſuo muneri defecerit notabiliter. Poſt viſitatione, quid agat.

17 His auditis, Commiſſarius, quæ correptione, punitione, & ordinatione digna iudicauerit, corrigat, puniat, & ordinet, prout ratio ſuaſerit.

Salm. c. 8. 18 Viſitatores, in Prouincijs ſibi creditis ordinata immutare, aut contrà ſtatuta Prouincialia facere non poſſint, niſi Patrum, vel maioris partis Capituli Prouincialis, vel Generalis conſenſus acceſſerit, aut, niſi fuerint præſentibus contraria. Nihil in Prouincia innouet.

Ibidem. 19 Nequè liceat eiſdem ad alienas Prouincias Fratres deſtinare, niſi quos ad Generalem ipſum pro negocijs ad eorum officium ſpectantibus deſtinandos iudicauerint. Fratres ad alienas Prouincias non mittat; niſi ad Generalem.

Ibidem. Valliſolet. 1593. 20 Nequè in Prouincialem, aut ſimili officio functos, vel Patres Ordinis, notabiliter animaduertere liceat, niſi ex cauſa, maiori parti Patrum Prouinciæ probata. Quòd, ſi de priuatione, aut depoſitione agatur, ad id, inconſulto Generali non deſcendant. Si tamen crimen commiſſum adeò ſit graue, vt Populo ſcandalo ſit, & Generalis præſentia infrà decem dies haberi non poſſit, de conſenſu maioris partis Patrum Prouinciæ, priuare, aut deponere poſſint. In Patres, notabiliter nō animaduertat.

Rom. 1587 21 Viſitatores itèm nullum ad Profeſſionem, aut ſacros Ordines admittere poſſint, ſed hæc Prouincialium diſpoſitioni relinquant, quibus iuuenum mores, & merita magis perſpecta ſunt. Ad profeſſionem, & Nouitiatu nō recipiat.

22 Declaratur, Commiſſarium Viſitatorem Pro-

Salmant. 1618. Salmant. c. 8.

uinciæ non habere in electione Miniſtri, Cuſtodis, Definitorum, & Guardianorum votum electiuum; quemadmòdum habent Generales, quorum vota verum numerum efficiunt. Niſi eiſdem conceſſum ſit ſpecialiter; poſsint tamen curare, nè ad huiuſmodi officia promoueantur indigni. Votum in electionibus non habet.

Salmant. c. 8.

23 Celebrato Capitulo, poſt viginti dies, Commiſſarij Viſitatores è Prouincijs diſcedant, aliòquin, niſi aliter per facultates habuerint, ipſorum eò ipsò ſpiret officium. Vltra viginti dies poſt Capitulū, in Prouincia non moretur.

De Prædicatoribus. §. 1.

Cap. 9.

FRatres non prædicent in Epiſcopatu alicuius Epiſcopi, cùm ab eo illis fuerit contradictum, & nullus Fratrum Populo penitus audeat prædicare, niſi à Miniſtro Generali huius fraternitatis fuerit examinatus, & approbatus, & ab eo ſibi officium prædicationis conceſſum. Moneo quoquè, & exhortor eoſdem Fratres, vt in prædicatione, quam faciunt, ſint examinata, & caſta eorum eloquia, ad vtilitatem, & ædificationem populi: annunciando eis vitia, & virtutes, pœnam, & gloriam, cum breuitate ſermonis, quia verbum abbreuiatum fecit Dominus ſuper terram.

Salmant. c. 9. Neap. c. 20 Rom. 1587

1 AD ſacram Verbi Dei prædicationem, nemo admittatur, niſi ſit ætatis annorum 25. ad minus, & Sacerdos, &, de cuius integritate vitæ, & probatis moribus, per viros probos Superioribus teſtimonium deferatur: quiquè triennio integro ſacræ Theologiæ operam nauarit, ac per Examinatores Capitulares diligenti examine idoneus iudicetur. Prædicatoris ætas, & cōditiones.

2 Sine

Vallisolet. 1593.

quomodò probandus.

2 Sine quibus teſtimonio, & approbatione, in facultate ſcripta inſerendis, Superiores nullum admittant, qui alitèr admiſſus fuerit, pro priuatò habeatur; niſi Generalis authoritate admiſſus ſit.

Salm. c.9.

In propria Prouincia, ſine licētia, quando præd icare non poteſt.

3 Qui per alios, quàm per Generalem admiſſus, extrà ſuam Prouinciam fuerit, cùm ad propriam redierit, prædicationis officium exercere non poſſit, niſi ſcriptus Definitorij conſenſus accedat.

Vallisolet. 1593. Rom. 1600.

Socio ſit comitatus.

4 Ad concionandum, ſine ſocio moribus, & vita probato, ſub pœna Apoſtaſiæ, nullus Concionator incedat.

Rom. 1587

In aliena Prouincia non prædicet, inconſulto Prouinciali.

5 Prædicare in aliena Prouincia nemo audeat, niſi à Prouinciali benedictionem, per epiſtolam ſaltèm obtinuerit.

Rom. 1600 Toletan. 1633.

Conciones ſibi nō procuret.

6 Prohibetur, & præcipitur Prædicatoribus, nè ſibi conciones Aduentuales, aut Quadrageſimales quoquò modo procurent, ſed requirentes, ad Generalem, aut Prouinciales pro prouiſione remittant.

Rom. 1600

Prædicatorū diſtributio ad Prouinciales ſpectat.

7 Prædicatorum diſtributio, ac locorum, in quibus prædicare debeant, deſtinatio, ad Patres Prouinciarum Miniſtros pertinet.

Eleemosynæ Prædicatoribus oblatæ, ac Prædicatores in ſuo munere peccantes. §. 2.

Vrb. VIII. Militantis Eccleſiæ. Salm. c.9. Rom. 1575 Toletan. 1633.

Eleemoſynas pecuniarias non recipiat.

1 Omnibus Ordinis noſtri Concionatoribus, vltrà pœnas in proprietarios ſancitas, in virtute ſanctæ obedientiæ, & ſub priuatione officiorum, quæ obtinent, ac perpetua inhabilitate ad quæcunque officia, gradus, & dignitates impoſterum ipſo facto incurrendas, authoritate Apoſtolica præcipimus, & mandamus, vt de eleemoſynis pecuniarijs datis, ſibi oblatis, vel aſſignatis nullo modo diſponant, nec eas ab offerentium manibus in ſuas recipiant, vel in Procuratoris, ſiuè alterius cuiuslibet deponi faciant, ſed eaſdem integras Prouinciali ſignificent, qui de illis, iuxtà Regulæ præſcriptum, diſponat, eaſque applicet,

Valliſolet. 1593. vel Conuentui, in cuius quæſtuatione prædicatur, vel de cuius Familia Prædicator eſſe dignoſcitur.

Rom. 1600 2 Vt autèm omnis auaritiæ ſuſpicio tollatur, nullum pro ſe ipſis, vel pro ſocijs, Prædicatores quæſtum frumenti, olei, aut alterius rei facere audeant, ſub pœna proprietariorum. Nec aliarum rerum quæſtum faciat.

Salm. c. 9. Vallſolet. 1593. 3 Caueant Concionatores, nè quidquam cōtra Sanctæ Romanæ Eccleſiæ libertatem, aut dignitatem prædicare aut Eccleſiaſticis detrahere, vel ſcandalum contrà Clerum excitare, vel Religionem aliquam criminaliter nominare præſumant, ſub priuatione, ipſo facto, actuum legitimorum, & prædicationis officij, ac grauiori pœna, Superioris arbitrio, pro qualitate delicti. quod, ſi quis prædicare poſteà auſerit, appellatione quacunquè remota, carceribus omninò mancipetur. Superiores autèm in his exequendis negligentes, ſuſpendantur officio, Generalis arbitratu. Contra Prælatos, & bones mores non prædicet.

Ibidem. 4 Vniuerſis, & ſingulis Fratribus cuiuſcunquè gradus, aut conditionis exiſtant, in virtute ſanctæ obedientiæ, & ſub excommunicationis latæ ſententiæ, pœna, præcipitur, nè publicè, aut priuatè dogmatizare, prædicare, defendere, vel approbare præſumant aliquam doctrinam, concluſionem, vel ſententiam erroneam, in fide ſuſpectam, hæreticam, vel damnatam, aut contra bonos mores, deteſtando fructum pœnitentiæ, auſteritatem vitæ, & temporales, vel carnales mundi delicias exaltando, &c. Vel talia dogmatizantibus, defendentibus, vel approbantibus, aut prædicantibus aliquem fauorem impendere, vel cum talibus conuerſari, & familiaritatem habere, aut libros damnatos, hæreticos, vel ſuſpectos, ſine legitima facultate apud ſe retinere. Si quis autèm præfatis, aut eorum alicui contraire præſumpſerit, exceptis caſibus, qui ad ſanctum Inquiſitionis Officium ſpectant, ad quod omninò deportandi ſunt, per Superiorem ſtatim carceribus mancipetur, à quibus, ſine ſpeciali Generalis mandato liberari non poſsit. Praua non dogmatizet. *Paulus V. Romanus Pontifex.*

Ibidem. 5 Nullus, de cæterò audeat per ſe, vel per alios, libros prælo tradere, ſeù imprimi, vel publicari facere, niſi prius Ordinarij, & Generalis ſcriptam facultatem Libri, ſine Generalis licentia non imprimantur.

obti-

obtinuerit. Generalis autèm eam non concedat, niſi prius eos doctis, & probis viris examinandos commiſerit: Qui ſecùs ſecerit, actibus legitimis priuatus ſit.

Valliſolet. 1593. 6 Hortamur autèm omnes Prædicatores in Domino, vt audientes non minus erudiant verbo, quàm ædificent exemplo, nè, cùm alijs prædicauerint, ipſi reprobi efficiantur; & nihilominus præcipimus, vt Concionator, qui mala exempla dederit, aut populo ſcandalo fuerit, prædicationis officio perpetuò priuatus exiſtat, & grauius etiam, arbitrio Superioris, puniatur. *Concionator mali exẽpli, puniatur.*

Fratrum admonitio, & correctio.

§ 1.

Cap. 10. *FRatres, qui ſunt Miniſtri, & ſerui aliorũ Fratrum, viſitent, & moneant Fratres ſuos, & humiliter, & charitatiuè corrigant eos, non præcipientes eis aliquid, quod ſit contrà animam ſuam, & Regulam noſtram.*

Valliſolet. 1593. 1 AD viſitationis debitum, à Superioribus tàm Generalibus, quàm Prouincialibus, & localibus faciendæ alibi inculcatum, adiungimus, quòd Prouinciales, & Guardiani, cùmprimùm cellas viſitauerint, vniuerſam illius Fratris ſupellectilem in inuentarium referendam iubeant, ſuis manibus ſubſcriptam, vt, cùm iterum viſitauerint, ſi plura, vel pauciora inuenerint, quomodo acquiſita, vel deperdita fuerint, diligenter inquirant; punitioneſquè, pro peccati modo iniungant. *Supellex cellarum in inuentariũ redigenda.*

Salm. c. 10 2 Inſuper ſtatuimus, vt cùm primùm Fratres redierint, ſociorum exceſſus notabiles Guardianis, alijſq. Supe- *Sociorũ exceſſus Superioribus intimandi, & quomodo.*

Superioribus ſecretò intimare teneantur. Quòd ſi exceſſus huiuſmodi alio etiam modo ſciuerint, quàm per Confeſſionem ſacramentalem, non propterea minùs tenentur illos manifeſtare, maximè cùm per obedientiam requiſiti fuerint, quia hoc, ſacramentali confeſſioni non præiudicat, quinimmò, ſi tacuerint, inobedientiæ notam incurrunt, &, ſi contrarium aſſerere, ac moniti reuocare noluerint actibus legitimis careant, Superiorum arbitrio, & perſeuerantes in contumacia, carceribus etiam mancipentur, grauiuſquè puniantur.

Ibidem. 3 Si quis prætereà auſus fuerit dogmatizare quòd Frater, qui Fratrem in occulto ſecundùm Euangelium corripuerit, non teneatur de huiuſmodi exceſſu Superiorem admonere, quamuis ab eo per obedientiam requiratur; Vel quòd ſocij criminum ſocios reuelare non tenentur ſuperiori, qui poteſt, & debet omnibus prodeſſe, & animarum periculis prouidere. Declaramus, doctrinam hanc peſtiferam eſſe, & in Ordinis, ac regularis diſciplinæ perniciem tendere, ac propterea taliter dogmatizantes non modò actibus legitimis priuandos, verùm etiam carceribus mancipandos eſſe decernimus, & iubemus. — Contra hãc denũciationẽ dogmatizans, vt puniendus.

Ibidem. 4 Superiores autèm monemus, vt nullo modo in viſitationibus de omninò occultis ſe intromittant, ſed tantùm in ijs, quæ per generalem inquiſitionem, aut accuſationem, aut denunciationem, ad eorum notitiam peruenerint, vel de quibus publica fama, vel clamoroſa inſinuatio fuerit. — De omninò occultis nõ inquiratur.

Ibidem. 5 Nullus Frater quemquam de crimine, quod per teſtes idoneos legitimè probare non poteſt, accuſare audeat. Qui contrarium fecerit, pœna talionis puniatur. Accuſantem dicimus, qui per teſtes idoneos ad probationem coràm Prælato ſe obligat. — Accuſantis, & non probantis pœna. — Accuſans, quis.

Ibidem. 6 Qua pœna mulctetur, qui alium de ijs accuſauerit, quæ tanquàm falſa iam reiecta fuerunt, niſi ad nouas probationes ſe obligauerit, in quo (ſi defecerit) pœnam talionis ſubeat. — Accuſans de aliàs falſis judicatis.

Ibidem. 7 Viſitatoribus prohibemus, nè eorum, qui viſitantur, nomina cuiquam vnquàm quouis modo reuelent, ſecùs facientes, vltrà graue peccatum, quod committunt, — Viſitatorum nomina nõ reuelentur.

tunt, arbitrio Superiorum puniri mandamus.

Rom.1571 Neap.c.36 Praxis crimin. 8 In viſitationibus contentioſis, dùm grauiſſimæ cauſæ examinantur, aſſeſſores duo aſſumi poterunt, proùt melius iuſtitiæ ratio ſuaſerit. Cæterùm depoſitiones teſtium, & reorum per Notarium à Superiore creandum, iuxtà Ordinis priuilegia, coràm Prælato, ſeu Iudice excipiantur. Dicta teſtiū quomodo excipienda.

Trid. ſeſſ. 22. c.1. ſeſſ.23.c.1. ſeſſ.24. c. 10. Salmant. c. 10. 9 Habeant Viſitatores circà correctionem morum, & ſecundùm Statuta Generalia, & Prouincialia, poteſtatem puniendi, ordinandi, exequendi, moderandi, prout Prouinciarum vtilitati expedire iudicauerint, à quibus nulla appellatio, inhibitio, vel querela executionem impedire poterit, aut ſuſpendere. A correctionibus regularibus, non eſt appellandum.

Ibidem. Valliſ.let. 1593. 10 Vt autèm pax inter Fratres conſeruetur, accuſatoris, & teſtium nomina nullo modo accuſatis reuelentur, dummòdo propter hoc, iuſtitia non periclitetur, quia tunc iudicio Prælati reuelari poſſunt. Accuſantiū, & teſtium nomina nō reuelentur.

Rom.1600 Rom.1639 11 Atquè, vt contentioſæ viſitationes ſecundùm iuris Ordinem, & ſine iuſtitiæ offendiculo fiant, præcipimus, in omnibus obſeruari praxim criminalem iuſſu nuperrimi Generalis Capituli Romani concinnatam, ac editam, ſub pœna nullitatis actuum illam non obſeruantibus. Praxis criminalis obſeruetur.

Cap.10. 12 Cū autèm dicat Regula: *Vbicunque ſunt Fratres qui ſcirēt, & cognoſcerēt ſe nō poſſe Regulā ſpiritualiter obſeruare ad ſuos Miniſtros debeāt, & poſſint recurrere.* Declaramus, legitimas huius recurſus cauſas eſſe, cū alicui loco eſt adnexa proprietas, aut animarum cura, aut, propter penuriam victus, oportet in congregandis fructibus contrà puritatem Regulæ, & communem Ordinis ſenſum immoderatiùs occupari, aut propter inhoneſtam, vel periculoſam, vel inſupportabilem, præſertim rudibus,, & infirmis Fratribus, ſocietatem. In his tamen caſibus à Prouincialibus ſcriptam licentiam impetrare teneantur. *Valliſolet. 1593.* Recurrendi ad Superiores legitimæ cauſæ.

13 *Miniſtri verò charitatiuè illos recipere teneātur.* illos indè amouentes, ſi expedire iudicauerint, ac in locis deuotis collocare, eoſquè paternè in Domino conſolari. Prouinciales ad ſe recurrētes, vt excipiant.

Suſpe-

Suſpecta conſortia. §. 1.

Cap. 11.

PRæcipio firmiter Fratribus vniuerſis, nè habeant ſuſpecta conſortia, vel conſilia mulierum, & nè ingrediantur Monaſteria Monacharum, præter illos, quibus à Sede Apoſtolica conceſſa eſt licentia ſpecialis, nec fiant compatres virorum, vel mulierum, nè hac occaſione, inter Fratres, vel de Fratribus ſcandalũ oriatur.

Salmant. c. 11. S. Bonau. in Reg. c. 11.

Suſpecti cõſortij indicia.

1 SVſpectum iudicamus conſortiũ, non tantùm de mulieribus, ſed etiam de quibuſuis, ætate, aut aliàs ſuſpectis, vbi locus, tempus, geſtus, aſpectus, & alia eiuſmodi indicia ſuſpicionem non excludunt, putà, ſi locus quæratur pro mulierum colloquio ſolitarius, ſecretus, ſegregatus, obſcurus, ſi tempus nocturnum, aut aliàs importunum, vel ſuſpectum, ſi geſtus ſit diſſolutior ex nimia appropinquatione, vel faciei ad illam fixis oculis conuerſione, manibus iunctis, & ſimilia. Itèm, ſi ſolitaria ſint colloquia, quæ aliorum auerſentur auditum, licèt non viſum, maximè ſi ſine cauſa pia, & euidenti ratione prorogentur. Itèm, ſi cum eadem perſona ſæpius replicentur, adiunctis ætate, & conditione colloquentium.

Ibidem. c. Inhibendum. c. Quiſquã de cohabit. Cler. & mul. S. Hieron. epiſt. 1. ad Nepot. 1. Theſſ. 5. Salmant. c. 11.

Quod conſortiũ prohibetur.

2 Illud autèm conſortium prohiberi ſentimus, quod Fratribus excitare poteſt enormis tentationis ſtimulũ, vel crimini præſtare fomentum, aut quod alijs ſcandalo eſſe poſſit. Illudquè colloquium, quod ad carnis immunditiam ordinatur, vel quod eius rei poſſit ſcandalum, vel ſuſpicionem probabiliter excitare. *Bella enim carnis, fuga non pugna conficiuntur.*

Suſpecti cõſortij reus, quomodo puniendus.

3 Ideò à mali etiam ſpecie cauere volentes, omnibus Fratribus à talibus ſuſpectis conſortijs abſtinere præcipimus. Aliàs de his notatus charitatiuè admoneatur, & corrigatur. Admonitus, ſi non ſe emendauerit, Superior ſuſpendatur officio, vel etiam priuetur.

tur, Superioris arbitratu; ſubditus verò actibus legitimis trienniò careat; vel eorundem Superiorum arbitrio, grauius puniatur, cui, ſi talis punitio non competeret, caputium probationis, infligatur ad arbitrium Prælatorum pro qualitate delicti.

Vallisolet. 1593. 4 Quibus pœnis Clericos, ac alios Fratres viginti-quinque annis minores affici decernimus, qui in aliorum, præterquàm in Superiorum, ac Magiſtrorum cellas ingredi præſumpſerint, ac eos, qui ſæculares ſimiliter iuuenes, præſertim pueros in proprias admiſerint, vel ipſi in Clericorum, vel iuuenum cellas intrare præſumpſerint. **Iuuenes in aliorum ædiculas non intrent.**

Salm. c. 11 5 Qui ſolitus fuerit, ſe à ſocio ſequeſtrare, cùm mulieribus, de quibus, iudicio Superioris, meritò ſuſpicio oriri poterit, ſi canonicè monitus, & correctus, non ſe emendauerit, tanquàm de ſuſpecto conſortio, actibus legitimis priuetur, ac probationis caputij delatione puniatur Superiorum arbitrio, &, ſi punitus, iteratò de huiuſmodi ſequeſtratione, per duos teſtes integros conuincatur, ad veritatem dicendam grauiter arctetur. Si autèm de hac ſequeſtratione vnus teſtis deponat, & alius de lapſu carnis, grauius arctandum decernimus. **Solitus ſe à ſocio ſequeſtrare, qua pœna plectendus.**

6 Publicæ honeſtatis ſtudioſiùs conſeruandæ gratia, ſtatuimus, vt, qui ſacras peccatorum Confeſsiones in ſæcularibus domibus audierit, aut alia negocia tractauerit, nunquàm à ſocijs ità ſeparentur, vt omninò videri non poſſint. **Confeſſarij mulierum videantur à ſocijs.**

Vallisolet. 1593. 7 Quæ verò Pius Quintus, de mulieribus in Monaſteria, Conuentuſquè Regularium non admittendis ſtatuit, inuiolatè ſeruentur, & qui contràfecerit, vltrà pœnas Apoſtolicas, carceribus etiam mancipetur Superiorum arbitrio: Quas pœnas etiam ſubeant, qui mulieres intrà ædiculas pro Confeſſarijs Monialium deputatas, quouis prætextu admiſerint. **Mulieres in Monaſteria, & Hoſpitia Monialium nò introducantur.**

Ad Monialium Monaſteria acceſſus.
§. 2.

Salmant. c. 11. Vallisolet. 1593.

Ad Monaſteria Monialium ſine licentia non accedatur.

1 AD Monaſteria Monialium, quocunque nomine appellentur, nemini Fratrum quouis prætextu accedere liceat, niſi vel impetrata prius ſcripta facultate, vel publici muneris, ſibi à Superiore commiſsi, obeundi gratia.

Vallisolet. 1593.

Licentia prius inſpiciatur.

2 Quibus ad hæc, Monaſteria accedere, vel cum Monialibus loqui conceſſum erit, Monaſterij Præfectæ facultatem anteà præſentent, tuncquè Auſcultatricibus præſentibus cum illis tantùm loqui liceat, pro quibus eſt indulta facultas.

Ibidem.

Ad illa quãdo Superioribus liceat accedere.

3 Superiores etiam ad Monaſteria Monialium non accedant, niſi pro expediendis muneribus, de Iure ſibi incumbentibus, aut, ſi ab Abbatiſſis cum Diſcretis pro communi bono vocentur; Qui contràfecerit, ſuſpendatur, vel priuetur officio, arbitrio Superiorum.

Ibidem.

In ædiculis Confeſsionibus deſtinatis non comedatur, & quando.

4 Nec eiſdem liceat in ædiculis, quæ pro peccatorũ Confeſsionibus, & Viſitationibus ineundis ſunt deputatæ, aut alibi, apud Moniales comedere, niſi in Viſitationibus generalibus earundem. Contràfaciens priuetur officio.

Salmant. c. 11. Rom. 1570. Sac. Cong.

5 Quod etiam Confeſſarijs Monialium, & ſocijs (niſi dum generales Confeſsiones audiunt) cæteriſquè Fratribus interdicitur; aliàs Confeſſarij priuentur officio, reliqui ſuffragiorum iure careant, & carceribus mancipentur, Superiorum arbitrio.

Vallisolet. 1593.

Religioſis, & alijs ſine licentia loqui Monialibus, vetitum. Niſi in primo, vel ſecundo gradu coniuncti fuerint.

6 Religioſis cuiuſcunquè Ordinis, & Eccleſiaſticis, ac ſæcularibus perſonis, etiam conſaguineis quouis prætextu, nulli Monialium loqui liceat, niſi facultatem Superioris cum neceſſaria cauſa, anteà oſtenderint; Excipimus, qui conſanguinitatis in primo, vel ſecundo gradu cum Monialibus coniuncti ſunt. Contraueniens Monialis, velo, & ad collocutorium acceſſu priuetur, vel grauius etiam puniatur.

Ibidem.

Nequè prædicationis, ac celebrationis intuitu.

7 Qui verò aut prædicationis, aut celebrationis gratia à Superioribus iniunctæ, ad Monaſteria acceſ-

ſerint,

ſerint, ijs cum Monialibus loqui, ſub eiſdem pœnis prohibemus.

In Monialium Monaſteria ingreſſus.

§. 3.

Trid. ſeſſ. 25. c. 5. de Regul. Pius V. Gre XIII. Valliſolet. 1593. 1 INgredi intrà Monaſteriorum ſæpta nemini liceat cuiuſcunquè dignitatis, gradus, conditionis, ſexus, vel ætatis, ſine licentia Superioris obtenta, ſub pœna excommunicationis latæ ſententiæ. *In Monialium Monaſterianullus ſine licẽtia ingrediatur*

2 Qui verò neceſſariam ob cauſam quandòque intrà admittendi ſunt, Superioris iudicio, & authoritate antea probentur, & ab eo Moniales generalem, aut ſpecialem ſcriptam facultatem habeant. *Ingreſſuri à Superiore probentur.*

Ibidem. 3 Dare autem huiuſmodi facultatem non niſi perſonis probatis, & quæ benè audiant, atquè in caſibus tantummodò neceſſarijs Superiores debent, alioquin poteſtatem eiuſmodi ſibi ademptam certò ſciant, & grauiter peccare, & rationi reddendæ obnoxios eſſe. *Et ad vſus neceſſarios tantùm,*

Ibidem. Gre XIII. Vbi gratiæ. 4 Qui verò, licentiarum prætextu, præterquàm vrgentibus de cauſis, ingredi præſumpſerit, eo ipſo excommunicationis ſententiam incurrit, & omnibus dignitatibus, officijs, & beneficijs priuatus exiſtit, cum perpetua inhabilitate ad illa, & alia impoſterum, quas pœnas Moniales etiam incurrant, quę illum aliter prę-ſumunt admittere. *Sine quibus cenſuræ incurruntur.*

Valliſolet. 1593. Viſitatio Apoſtolica. 5 Ingredientes rectà properent, & ea negocia citius expediant, propter quæ ingreſſi fuerint. Quod vt exactè ſeruetur, Monaſterij Præfecta curabit, eos ab antiquioribus Monialibus ad id ſpecialiter deputatis ſemper comitari. *Ingreſſi rectà properẽt ad opus intentum, & comitati à Monialibus*

Ibidem. 6 Non liceat quouis prætextu, aut quæſito colore intrà Monaſterij ſæpta cuiquam comedere, aut dormire cuiuſcunquè ſit conditionis. Quibus etiam antè ſolis ortum ingredi, exceptis Medicis, aut poſt eius occaſum intùs permanere, perpetuò interdicimus. *In Monaſterijs non comedatur, nec dormiatur.*

Ibidem. 7 Quæ per Moniales commodè fieri poſſunt, per exteros viros, vel mulieres, fieri nullatenus Præfecta permittat. *Opera Monialibus poſſibilia, alijs non cõmittantur.*

Ibidem. — Monialis introducentis in clauſurā pœnæ.

8 Monialis, quæ maſculum, aut fœminam cuiuſuis ætatis, ſine licentia introduxerit, etiamſi inter virgines adſcribenda ſit, excommunicetur, priuetur velo, & carceribus mancipetur, vel grauius puniatur Superioris arbitrio. Quibus pœnis ſubiaceant Monaſterij Præfecta, Ianitrices, & Rotis Præpoſitæ, ſi ad hoc earum conſenſus acceſſerit.

Ibidem. — In Monaſterio nihil cuſtodiēdum, nihil maſculini generis admittatur.

9 Vt exactius clauſura ſeruetur, decernimus, & ſtatuimus, vt neque triticum, neque vinum, neque aliæ fruges, aut quiduis aliud in Monaſterijs, præterquam ad eorum vſum aſſeruentur. Nec præterea Canes, Equi, & alia generis eiuſmodi animalia, etiam ad breue tempus admittantur. Neque depoſitum quidquam quouis prætextu aſſeruetur, ſub pœnis arbitrarijs Superioribus.

Ibidem. Salmant. c. 11. Cōſuetud. — Cōfeſſarius Superpelliceo indutus ingrediatur.

10 Confeſſario, cùm intrà ſæpta Monaſterij ingrediendum erit ob neceſsitatem ad eius officium ſpectantem, Superpelliceo cum Stola ſemper indutus ſit, nec cum alijs, quam cum ſocio ſibi à Superiore aſſignato, ei ingredi liceat, ſub pœna priuationis officij, ac etiam grauiori, Superioris arbitrio.

Salmant. c. 11. Ibidem. Valliſolet. 1593. — Superiores vero ſocijs comitati, ac etiam à Monialibus.

11 Superioribus verò tàm Prouincialibus, quàm Generalibus, cùm viſendæ Clauſuræ, aut alia vrgenti de cauſa ingrediendum erit, ſocios probatiſsimos ducant, Prouincialis quidèm duos, Generalis verò quatuor ad ſummùm, qui nunquam ità ſeparentur, quòminus ſe inuicem videre, & videri facilè poſſint. Quos etiam Monaſterij Præfecta cum antiquioribus Monialibus ad id ſpecialiter deputatis, ſemper comitentur, eiſque aſſiſtant; Ipſi autem ità grauiter, & modeſtè per Monaſterium incedant, vt Monialibus ſanctitatis exemplo ſint.

E Monialium Monaſterijs egreſſus.

§. 4.

Pius V. Decori Virginū. — Egredi è clauſura, Monialibus interdictū.

1 NVllis ex Monialibus Profeſsis quouis prætextu, occaſione, vel cauſa, etiam infirmitatis, etiam lepræ, aut epidimiæ, niſi

cauſæ

cauſæ huiuſmodi per Superiores, ac locorum Ordinarios anteà cognitæ probentur, &, niſi ex cauſa magni incendij, aut repentinæ, ac magnæ inundationis aquarum, extrà Clauſuram egredi liceat, ſub pœna excommunicationis latæ ſententiæ ipſis egredientibus, & licentiam egrediendi concedentibus, necnon comitantibus, aut eas recipientibus quibuſcunquè tàm eccleſiaſticis, quàm ſæcularibus, etiam conſanguineis, præter alias pœnas, contrà exeuntes, recipientes, comitantes, & Superiores licentiam concedentes, Apoſtolica authoritate ſancitas.

Greg. XIII Deo ſacris.

Neque ad claudendã ianuam exteriorem.

2 Nequè ſub ijſdem pœnis liceat eis, etiam Conuerſis, ex interiori ianua clauſuræ ad claudendam aliam exteriorem, quæ ſæcularibus, alijſquè ad rotas, & crates venientibus patere ſolet, exire.

Rom. 1571

Clauſuræ nomine, quid veniat.

3 Quia Regula infallibilis eſt, loca, ad quæ ſæcularibus impunè, & ſine licentia patet acceſſus, extrà clauſuram eſſe, ad illa non poſſe Moniales accedere, ſine violatione clauſuræ, etiam ſi clauſa ſint, declaramus.

Vall'ſolet. 1593. Vſus.

Nequè Nouitijs id liceat.

4 Nec Nouitijs ipſis extrà clauſuram exire liceat, niſi in caſu, quo Moniales eſſe nollent, & tunc in illud, aut aliud quoduis Monaſterium noſtrum recipi, etiam ad Religionis habitum amplius non poſſint, niſi noua Superioris ſcripta facultas acceſſerit. Quidquid in contrarium fiat, irritum ſit, & inane, ac Monaſterij Præfecta, & Moniales, quæ conſenſerint, arbitrio Superioris grauiter puniantur.

Trid. ſeſſ. 25. c. 5. Valliſolet. 1593.

Superiores ſuper clauſura inuigilent.

5 Superiores diligenter curent, vt vbi violata ſit clauſura, quàmprimùm reſtituatur, & vbi inuiolata eſt, perpetuò conſeruetur. Quàpropter eam quotannis viſitent, & quam inſtauratione, reformatione, aut emendatione indigere cognouerint, ſtatim inſtaurari, reformari, emendarique ſtudiosè procurent. Inobedientes, & contradictores per cenſuras, & alias pœnas, appellatione remota, compeſcentes. Oſtium, feneſtram, aut foramen aliquod, per quod intrà, vel extrà clauſuram proſpectus eſſe poſsit, fieri, aut facta permanere nullatenus permittantur. Quinimmò quàmprimùm obſtruenda diſtrictè præcipiant.

Valliſolet. 1593. Cõſuetudo. Viſit. Apoſtol.

Ibidem.

6 Neque quidquam intùs ædificari concedant niſi

per

per eos prius diligenter recognitum, & neceſſarium, & opportunum eſſe iudicetur. *Aedificant ipſis inconſultis, non permittãt.*

Ibidem. 7 Arbores quaſcunquè ad clauſuræ parietes, aut intùs, aut foris adhærentes, aut nimis propinquas euelli faciant implorato, etiam, ſi opus fuerit, Epiſcopi, aut Magiſtratus ſæcularis auxilio. *Arbores adhærẽtes muris abſcindant.*

Ibidem. 8 Feneſtras collocutionibus deputatas, quæ vocantur: Parlatoria: duplici clathra ferrea, palmo ſaltèm ab inuicem diſtanti, vbi iam munitæ non ſint, quam primùm fortiter muniendas diligenter curent. *Feneſtras clatris, & laminis muniant.*

Ibidem. 9 Et prætereà laminentur, relictis dumtaxàt paruis foraminibus, ità vt vox audiri poſſit, aſpectus verò fieri nequeat. Quæ autem Miſſis audiendis conſtituta eſt, crates, vt ſuprà ſine laminis extet.

Ibidem. 10 Clauſuræ oſtia ità compacta ſint, vt per ea nec aſpectus fieri, nec quidquam, vel minimum intromitti poſſit; ſintq. vel vnum, vel ad ſummùm duo, quæ inferendis rebus ad vſum Monaſterij neceſſarijs deſeruiant. *Clauſuræ oſtia viſitẽt, & feramina occludant.*

Ibidem. 11 Vtrique ianuæ Moniales ætate graues, & morum integritate præſtantes præficiantur, quæ curent, vt niſi vrgentibus de cauſis, & iuſſu Præfectæ aperiri non poſſint, quæ etiam duabus clauibus, opere diuerſo confectis occludantur. *Ianitricum cõditiones.*

Ibidem. 12 Feneſtrella ad Monialium Confeſſiones audiendas in Eccleſia, vbi commodè fieri poterit, alioquin in alio decenti, & tuto loco conſtituatur, & clathris, aut laminis ferreis, vel æneis, palmo ſaltèm ab inuicem diſtantibus, cum paruis foraminibus munita ſit, cui etiam tela nigri, aut viridis coloris intùs, aut foris apponatur, & ità firmiter cohæreat, vt nullatènus amoueri poſſit, quæ feneſtrella latitudine ſit palmo vno, altitudine paulò amplius. *Feneſtrella pro Confeſſionibus, qualis, & quanta.*

Ibidem. 13 Sacræ Communionis feneſtrella ſit in pariete ab altero Altaris latere, prout opportuniùs videbitur, paulò oblonga, quæ tamen altitudine medium cubitum non excedat, latitudine verò palmo vno minor ſit, & duabus clauibus diuerſis intùs, & foris claudatur, quarum vnam Confeſſarius, alteram Monaſterij Præfecta cuſtodiat. *Item S. Cõmunionis.*

Ibidem. 14 Rotæ, ſiuè turni, omnes fiant ex ligno nucleo,

aut

aut ſolidiori, quarum feneſtrellæ cubitum vnum altitudine nullatenus excedant, latitudine verò ſint vnciarum ſexdecim, & intùs, & foris ſeris, & clauibus occludantur. Turni ex ligno ſolido fabricetur.

Ibidem. 15 Si quid aliud ad reformandam, cuſtodiendamq. clauſuram, præter hæc, neceſſarium iudicetur; curet Prouincialis, vt abſolutè executioni mandetur.

Officiales, & ſeruitores Monaſterij. §. 5.

Valliſolet. 1593. Viſitatio Apoſtolica. 1 Monaſterij Protectores, Procuratores, Medici, Conductores, Fautores, Exactores, Scriptores, & Seruitores tàm viri, quàm mulieres, quibus Monaſterium indiget, de Superioris approbatione, & conſenſu deligantur. Officiales Monaſterij per Superiores approbentur.

Bona Monaſteriorum. §. 6.

Valliſolet. 1593. 1 Bona quæcunquè immobilia Monialium noſtrarum Prouinciales diligenter recognoſcant, & in inuentarium redacta Archiuio Prouinciali inſerant, vt futuris fraudibus obuietur. Bona inuentarientur.

Ibidem. 2 Si qua in poſterum bonorum acceſſio, vel emptionis, obuentionis, vel cenſus legitimi perpetui, aut legati perpetui, vel ad tempus certum nondum elapſum, vel cuiuſuis alterius generis facta fuerit, ea de re mox Prouincialis admoneatur, vt in inuentarium referatur. Acceſſio bonorum Prouinciali denuncietur.

Ibidem. 3 Recognoſcant immobilium locationes, quas ſi ſine legitima Superioris facultate factas inuenerit, adhibitis peritorum conſilio, & Monaſteriorum Syndicis, vel Procuratoribus auditis, vel illas diſſoluat, vel confirmet, prout conſcientia dictauerit. Locationes recognoſcantur.

Ibidem. 4 Impoſterùm huiuſmodi locationes, ſine licentia, & interuentu Superioris non fiant, ſub pæna nullitatis actus, & priuationis ſuffragiorum Monialibus, earumquè Præfectæ, ſi conſenſerint, vel eas fieri permiſerint. Nec ſine licentia amplius fiant.

Ibidem. 5 Pecuniæ omnes ex dotibus, legatis, reddituum redem-

redemptione, vel quacunquè alia via Monaſterijs obuenientes, nullis vſibus, etiam inſtaurandæ clauſuræ, Superioribus inconſultis, applicari poſſint, ſed ex eis bona ſtabilia, vel redditus, vel cenſus legitimi comparentur. Nulla quoquè bonorum alienatio, ſine legitima facultate fieri poſsit; quidquid ſecùs fieri contigerit, irritum ſit, & inane. Contrà facientes verò officio, & ſuffragiorum iure priuentur. *Bona quæcunquè, niſi Superiorib. conſultis nõ applicẽtur.*

Ibidem. 6 Redditus, vltrà dotes, nonnullis Monialibus ſiuè in perpetuum, ſiuè earum vita durante, aſsignati, ſicut Monaſterijs acquiſiti ſunt, ità Monaſterijs ipſis, ſuper eorum exactione actio competit, & competere declaramus. *Bona particularibus cõceſſa, Monaſterio incorporentur.*

7 Idcircò Monaſteriorum Præfectæ, de cæterò abſquè alia Monialium ceſſione, nomine Monaſteriorum illos exigendos curent, eoſque in Monialium, & earum maximè quarum ſunt, neceſsitates expendant, ſi qua autèm Monialium in illis ſe intromittat, aut Præfectæ quamprimùm eos non denunciet, tanquàm proprietaria puniatur. *Et ſuo nomine exigitur.*

Ibidem. 8 Eleemoſynæ, munera, fructus, laborum pretia, legata, &c. quæ quoquo modo in aliquam Monialium deuenerint, in commune Monaſterij commodum conferantur. *Quoquo modo acquiſita in commune cõferantur.*

Ibidem. 9 Præfectæ, alijquè bonorum Monaſteriorum Adminiſtratores, expenſi, & accepti, quolibet anno Superioribus rationes reddere teneantur. *Expenſi, & accepti rationes reddantur.*

Monialium numerus præſcribendus.

§. 7.

Trid. ſeſſ. 25. c. 2. & Congreg. Concil. Valliſolet. 1593. 1 IN vnoquoquè Monaſterio certus Monialium numerus, ſi nondùm eſt præſcriptus, iuxtà ſacri Concilij Tridentini decreta, & declarationes præſcribatur. Interim verò nulla recipiatur, vel recepta non veſtiatur, & veſtita, profeſſionem non emittat, niſi dotem, ab Epiſcopo, & Superiore ſtatutam dederit. Si contrarium ſtat, ex Superiorum, vel Monialium *Numerus Monialium præſcribatur.*

lium conſenſu, omnes officijs priuentur, & ad vocem actiuam, & paſsiuam inhabiles reddantur.

Valliſolet. 1593. 2 Cæterùm, ſi dos Conuerſarum labore compenſetur, illæque in Monaſterio ſuperfuerint numero Monialium conſtituto, emittantur, niſi Profeſſionem fecerint.

Monaſterij Præfectæ officium. §. 8.

Trid. ſeſſ. 25. c. 7. Valliſolet. 1593. 1 Abbatiſſa, ſeù Monaſterij Præfecta, quocumquè nomine vocetur, non minor annis 40. eligatur, & quæ annis 8. poſt Profeſſionem laudabiliter vixerit. *Abbatiſſæ ætas.*

Ibidem. 2 Quòd, ſi cum prædictis qualitatibus in eo Monaſterio non inueniatur, ex alio eiuſdem Ordinis eligi poſſit. Si verò hoc etiam Præſidenti electionis incommodùm videbitur, ex ijs, quæ in eodem Monaſterio annum trigeſimum exceſſerint, & quinque ſaltèm annis poſt Profeſſionem rectè vixerint, accedente Superioris conſenſu, eligi poterit. *Ex alio Monaſterio quādo eligi poſſit.*

Ibidem. 3 Qui verò electioni præfuerit, hac de cauſa Monaſterij ſæpta ingredi non poſſit, ſed ad crates, duobus alijs probatis viris, ſibi aſſiſtentibus, vota ſingularum exquirant, monito prius à Superiore Epiſcopo, eiquè ſignificato die electionis, ac vſque ad illud tempus expectato. *Electionis ſuffragia extra clauſurā recipiantur.* *Greg. XIII Inſcrutabili.*

Trid. ſeſſ. 25. c. 7. Valliſolet. 1593. 4 Eligantur autèm Abbatiſſæ per vota ſecreta, ità vt eligentium nomina nunquàm publicentur, aliter facta electio nulla ſit: ſuffragia verò, non per ſchædulas, ſed oretènus dabuntur, ſecundùm veterem Religionis conſuetudinem. *Electio Abbatiſſæ ſit ſecreta, & nō per ſchedulas.*

Valliſolet. 1593. 5 Cui maior pars Capituli Monialium, vt ſuprà, acceſſerit, canonicè electa cenſeatur. *Eſt canonica, cui maior pars acceſſerit.*

Ibidem. 6 In electionibus eiuſmodi, votum non habeant, quę quatuor annos, à Profeſſione emiſſà non exceſſerint. In alijs autèm electionibus, omnes Profeſſæ, præter Conuerſas, votum habebunt. *Quę votum in tali electione habent.*

Ibidem. 7 Vna Sororum germanarum in Præfectam electa, aliæ, ſi adfuerint, nequè Vicariæ, nequè Diſcretæ, ne- *Sorores germanæ cum Abbatiſſa officia non habeant.*

què Ianitrices, nequè Scribæ, nequè Cellerariæ eſſe poſſint.

8 Monaſteriorum Præfectæ, aut annuales, aut biennales, pro eorum conſuetudine ſint; Triennium autem nullo modo excedant, ſub priuatione officij Superioribus, ſi ſecùs permiſerint. *Sixtus V. Et communis cura. Pariſien. 1579. Rom. 1571.* Abbatiſſæ duratio.

9 Exacto triennio, nec ad illud, nec ad aliud quodcunquè Superioratus officium, niſi poſt alterum triennium, eligi poſſint. *Ibidem.* Vacatio.

10 Præfecta communem cum alijs vitam ſeruet. Diuina officia, quantùm per occupationes licuerit, frequentet; Benedictioni menſæ interueniat. Communia viſitet officia, & quod emendandum inuenerit, prudenter emendet. Parlatoria quotidiè inuiſat; & vt ſemper clauſa intùs, & foris ſint, curet, & quæ circa hoc ordinata ſunt, obſeruet. Feſtis diebus colloquia omninò prohibeat, niſi vrgens cauſa acceſſerit, ſuo probata iudicio. Clauſuræ portas, vt nunquam, niſi ob vrgentiſſimam cauſam aperiantur, inuigilet, nec ad eas colloquia, ſub pœna excommunicationis, permittant. Diebus ſingulis, manè, & veſpere oſtia, viſitet, quorum clauem alteram apud ſe noctu cuſtodiat, alteram verò probatiſſimæ Monialium cōſeruandam conſignet. Singularum neceſſitates intelligat, ac per bona Monaſterij prouidere procuret. Cellas Monialium ſæpius viſitet, ac ſuperflua, ſtatutiſquè repugnantia auferat, punitis etiam, quas ea, retinuiſſe compererit. Infirmas ſæpiſſimè inuiſat, & vt nihil illis deſit, efficiat, quas ſi grauiter laborare compererit, conſolationibus muniat, & Sacramentis inſtrui faciat. Cæteræ autem Moniales eaſdem ſæpè viſitent, conſolentur, adiuuent, illiſque inſeruiant, ſicut vellent ſibi ſeruiri. *Ibidem.* Officium, & cura. Moniales infirmas viſitent.

Monialium obedientia. §. 9.

1 PRæfectæ Monaſterij, Matriq. Vicariæ obedientiam, & reuerentiam omnes exhibeant, ac in obeundis muneribus pareant, renuentes, inobedientiæ pœna, arbitrio præfectæ afficiantur, *Vallſolet. 1593.* Abbatiſſæ obediant aliæ.

quæ

quæ, ſi neceſſarium iudicauerit, Superiorem etiam admoneat.

Ibidem. Salmant. c. 11. 2 Contumax, & Superiori inobediens, carceribus mancipetur pro inobedientiæ qualitate, & Superioris arbitrio. Contumax, vt punieda.

Ibidem. Greg.XIII Quonia. 3 Si Monaſterium quodpiam adeò inſolens fuerit, vt ſpreta Superioris authoritate, & rupto ſanctæ obedientiæ vinculo in contumacia perſtiterit, aut ad Principes, vel Magiſtratus, ſiuè ad quodlibet aliud externũ Tribunal, pro auxilio, ope, & fauore, vel conſilio, contrà Ordinis iuriſdictionem, ac libertatem confugerit, vel alios quoſcunquè fauores ſæcularium ad reformationem, reſtaurationem, & reparationem regularis diſciplinæ declinandam, ſeù repellendam, illud anathematis vinculo in ſingulis cõtumacibus Apoſtolica ſanctione innodatum, ab Ordinis cura continuò abdicandum, & Fratres ab eius gubernio remouendos eſſe decernimus, atquè id ab omnibus obſeruari præcipimus, ſub pœna ſuſpenſionis, aliaquè grauiori Superiorum arbitrio incurrenda. Monaſterij contumacis punitio.

Monialium Paupertas. §. 10.

Valliſolet. 1593. Trid. ſeſſ. 25. c. ... 1 Communis vitæ formam in labore, victu, & veſtitu Moniales, æquè omnes ſeruent. Nulla ſit, quæ denarios extrà communem eleemoſynarum capſulam, nequè in ea vt proprios habeat, aut aliquid aliud, vt proprium poſsideat. Moniales communẽ vitam ſeruent.

Valliſolet. 1593. Viſit. Apoſtol. 2 Omnis pecunia, quocunque nomine, vel titulo à Monialibus acquiſita, Monaſterij Præfectæ ab omnibus fideliter conſignetur, atquè in communi eleemoſynarum capſula ſeruetur, vt ex ijs, alijſque Monaſterij bonis, omnibus prouideat, tanquàm communis mater; quòd ſi non fecerit, Superioris arbitrio coerceatur, vel etiam ſuſpendatur, aut ab officio deponatur. Pecuniæ in commune ærarium cõferantur.

Ibidem. 3 Communis eleemoſynarum capſula tuto loco poſita duabus clauibus diuerſis clauſa ſit, quarum vnam Præfecta cuſtodiat, alteram verò vna ex Matribus, per Capitulum eligenda, conſeruet. Nec aperiri, aut ex illa, De quo ſpecialis cura eſt habẽda.

pecunia extrahi poſſit, niſi neceſſariam ob cauſam communi Matrum iudicio probatam.

Ibidem. 4 Liceat tamen Præfectæ, de Matrum conſilio, paucos nummos apud aliquam probatam Sororem aſſeruare, vt quotidianis vſibus facilius prouideri poſsit. De quibus tùm acceptis, tùm expenſis Præfecta ſæpè, Monialibus congregatis bis, aut ſemel in anno Superiori rationem reddere teneatur: Negligens grauiter, Superioris arbitrio arceatur. *Pauci ſnũmi apud Præfectam conſeruari poſſun* *Ibidem.*

Ibidem. 5 Nulli Monialium quidquam vendere, vel emere liceat, niſi de licentia Præfectæ, quæ, ſi contrauenerit, vt proprietaria, arbitrio Superioris, vel Præfectę puniatur. *Moniales nõ vendãt, nec emant, & c.*

Ibidem. Clem. IV. De largitio. mun. 6 Monaſterij quidquam nemini dono detur, niſi minimum ſit, tuncquè, aut communi conſenſu, aut facultate accepta. *Aut donẽt.*

Ibidem. Trid. ſeſſ. 25. c. 2. 7 A muneribus tùm dandis, tùm accipiendis Moniales abſtineant, niſi aliud Præfecta aliquàndo permiſerit, ſecùs violatæ paupertatis reæ puniantur. *Aut dent, recipiant, ſine licentia.*

Monialium honeſtas. §. 11.

Vallisolet. 1593. 1 QVò accuratiori ſtudio ſacrata Deo virginitas cõſeruetur, Moniales externorum tàm virorum, quàm mulierum aſpectum, colloquia, Viſitationes caueant, nunquam ſolæ cum ſolo loquantur, nec ſine velo ad os vſque producto, maximè cum apertis feneſtrellis loqui oporteat, vel fores recludendę, etiam ſi cum conſanguineis ſit loquendum, vel cùm exteros intrà clauſuram ingredi continget. Nec ob id, ad oſtia vllo vnquam pacto, ſub pœna excommunicationis accedant. *Moniales cum externis non cõfabulentur.* *Præcipuè ad oſtia Monaſterij.*

Ibidem. 2 Literas nec ſcribant, nec recipiant, niſi Superioris, vel de Præfectæ licentia, quas anteà legere teneatur. *Literas non ſcribant, vel recipiant.*

Ibidem. 3 A vaniloquijs, ſcurrilibuſquè abſtineant. Imagines vanas abijciant, faſtum, luxum, ambitum fugiant, maledicta, obtrectationes, murmurationes, leuitates, aſſentationes, nugas, commeſſationes, conuiuia omninò abhorreant. *A vanis abſtineant.*

4 Li-

Ibidem. 4 Libros vanos, de turpibus, obſcœnis, & vanis tractantes, præcipuè vulgari lingua conſcriptos, non legant, nec habeant, ſicut nec muſicas cantione ridiculas, & minus pudicè confectas. Libros minus honeſtos non legant.

Ibidem. 5 Nullo vnquàm tempore, nequè animi relaxandi gratia, regularem habitum exuere, vel ſæcularem induere poſſint, ſub pœna, Superiori arbitraria. Habitū non exuant.

Monialium Capitulum. §. 12.

Ibidem. 1 AD Capitulum Sorores omnes, capitularis campanæ ſigno, ſuo loco, & tempore Præfecta conuocet, in quo ſingularum culpas audiat, corrigat, & emendet, omnes cohortetur ad eſſentialia vota, & ſtatuta obſeruanda, virtutes ſuadeat, vitia deteſtetur, diuini cultus, & orationis frequentiam, & deuotionem inſinuet; doceat eas, vt omni mundano negocio ablegato à carnalibus deſiderijs ſe alienas afferant, & quæ ad virginalem candorem pertinent, amplectantur. Capituli habendi forma.

Monialium menſa. §. 13.

Ibidem. 1 E Capitulo in Refectorium progredientes ordine ſtent, & menſam, more eccleſiaſtico benedicant, poſteà cibum in ſilentio capientes, lectionem ſpiritualem auſcultent. Nulla in menſa loquatur, rideat, obſtrepet, aut vagis aſpectibus circùmſpiciat. De menſa, nulla ſurgat ſine neceſſitate, & venia; benedictioni, & gratiarum actioni omnes interſint, niſi legitimo detineatur impedimento Præfectæ probato, quæ de erratis circa hæc, pœnitentias exigat ſalutares. Menſam benedicant. Silentium ſeruent. Gratias agant.

Monialium Diuinum Officium, & Oratio. §. 14.

Ibidem. Et antiquiora.

Ad diuina officia conueniant.

1 AD Officia Diuina die, noctuque Sorores omnes conueniant, & facta genuflexione Sanctiſsimo Sacramento, pauliſper orent, poſteà ad Chori ſedilia ſe recipientes, genuflexæ ſe præparent, quoûſque ſurgendi ſignum dabitur. Nulla in Choro priuatìm, & cautè Officium recitet, ſed omnes à colloquijs vacantes, & impertinentia ablegantes, Diuinas laudes æqualiter perſoluant, alternatim, & diſtinctè pronuncient, recitent, & canant, prout tempus ſuaſerit.

Ibidem.

Ibidem. — *Niſi excuſet probata neceſsitas.*

2 Ordinarijs Horis canonicis, & Orationi nulli fas ſit abeſſe, niſi publici muneris ratio excuſet, aut neceſſitas Præfectæ probata cogat, & tunc abſentes Officium Diuinum ad præſcriptum recitare teneantur.

Ibidem. — *E Choro, niſi dato ſigno, non diſcedant.*

3 Diuinis Officijs abſolutis, niſi dato à Præfecta ſigno, diſcedere eis nō liceat, nec priuſquàm Sanctiſsimo Sacramento flexis genibus reuerentiam exhibuerint.

Ibidem. — *Orationi vacent.*

4 Orationi continuè vacent, præcipuè ſingulis diebus ſpacio vnius horæ, omnes ſimul ad orandum omninò conueniant. In his omnibus culpabiles Præfectæ arbitrio corrigantur.

Monialium Confeſsio, & Communio. §. 16.

Regula. Vallisolet. 1593. Trid. ſeſſ. 25. c. 10. — *Singulis mẽſibus confiteantur, & communicent.*

1 SIngulis menſibus Moniales omnes ſua peccata confiteri, & ſacra Communione refici teneantur, vel frequentiùs, prout cuiuſque deuotionis ratio, vel conſuetudo ſuaſerit.

Antiquiora. — *Alijs, niſi deſtinatis, non confiteãtur.*

2 Caueant autèm omnes, nè alicui, præterquàm illi, qui legitimam facultatem habuerit, confiteri præſumant.

Monialium Confeſſarij, & Socij.
§. 16.

Salmant. c. 11. Rom. 1587 Vallſolet. 1593.

1 Confeſſarij Monialium annorum ætatis ſint quinquaginta, vel ad minus quadraginta, & in Religione vigintiquinque excedant, eruditione clari, innocentia conſpicui, & moribus caſtiſſimis probati, Cōfeſſariorum ætas, & qualitates.

Greg. XV. Inſcrutabili.

2 Poſtquàm fuerint in Capitulo, vel Congregatione inſtituti, & à Prouinciali admiſſi, Confeſſiones non audiant, niſi prius etiam ab Epiſcopo approbentur, & Socios habeant moribus, & ætate ſibi pares, atquè à Superioribus aſſignatos. In Capitulo inſtituātur. Quales ſocios habeāt.

Vallſolet. 1593.

3 Confeſſarij omnes, & Socij nè quicquam, vel minimum à Monialibus priuato nomine, dono accipiant. Nec in ædiculis ad audiendas Confeſſiones deputatis cibum capiant, niſi tempore Confeſſionum generalium, vel vbi propter diſtantiam aliter fieri non poterit. Nihil à Monialibus capiant.

Ibidem. Salmant. c. 11.

4 Ad Moniales, Confeſſarij neminem Fratrem, aut ſæcularem ducant, vel admittant, præter ſocios deputatos, niſi facultatem ſcriptam attulerint, quam diligenter inſpiciant. Nullum ad colloquendum cum Monialibus ducant.

Vallisolet. 1593. Ibidem.

5 Ad biennium tantùm ipſorum poſſit officium durare, quo abſoluto, ceſſabit. Guardiano Conuentus, vbi adſcripti ſunt, exceptis, quæ ad ſuum ſpectant officium, in omnibus ſubiecti ſint, nequè per Ciuitates ire liceat, ſine Guardiani licentia. Bienniūm durent. Guardianis ſubſint.

Ibidem.

6 Nullus eligatur Confeſſarius Monialiū, qui fuerit Definitor, aut Secretarius actualis, Prouinciæ. Electores ſi contrauenerint, officio ſuſpendantur. Definitores, aut Secretarij ſimul eſſe non poſſint.

7 Nemo, noſtri, aut alterius Ordinis Monialium Confeſſiones excipere poſſit, niſi fuerit à Generali, vel Prouinciali per ſcriptam facultatem admiſſus: Superiores autèm alienas Moniales in Confeſſione audiendi licentiam non concedant, niſi vrgenti de cauſa Patrum iudicio probata. Monialium cōfeſſiones ſine licentia excipi non poſſunt.

Ibidem.

8 Monialis in articulo, vel periculo mortis conſtituta,

tuta, ſi axtraordinarium perierit Confeſſarium, ei concedatur, dummodò, aliàs Monialium Confeſſarius extiterit. Moniali moribundę, extraordinarius concedatur.

Ibidem. 9 Victum, & veſtitum pro Confeſſarijs ordinarijs, & ſocijs, vbi ſit conſuetudo, Monaſteria prouidere teneantur. Victũ, & veſtitũ à Monaſterijs accipiant.

Trid. ſeſſ. 25. c. 10. Vallisolet. 1593. 10 Confeſſarios extraordinarios, vt bis, aut ter in anno Prouinciales Monialibus exhibeãt, omninò præcipimus; Ad quos, vt omnes accedant, & pauliſper ad eorum pedes morentur, atquè ab eis benedictionem accipiant, ordinamus; Vt autèm confiteantur, conſulimus; quæ renuerit, violatæ obedientiæ pœnam luat, etiam, ſi oportuerit, Prouinciali per Præfectam admonito. Extraordinarij quoties concedendi. Ad illos omnes accedãt.

Ibidem. 11 Quo tempore extraordinarij Confeſſiones audierint, ad Monaſteria ordinarij accedere, ſub officij ſuſpenſione, aut priuatione, non præſumant. Extraordinarijs exiſtẽtibus, ordinarij ad Monaſteria nõ accedant.

Communis Monialium locus pro laboribus, veſtibus, & cubitu.

§. 17.

Vallisolet. 1593. Viſit. Apoſtol. 1 NVlla, niſi in communi loco laboret, omnes dùm laborant, & ſollicitè operentur, & ſpiritualem lectionem, quam in eo loco frequentem haberi volumus, deuotè auſcultent. Communis laborum locus.

Ibidem. 2 In operibus tùm accipiendis, tùm reddendis nulla ſe ingerat, ſed Magiſtra laborum id faciat, quam conficiendis laboribus præfici aliquando licebit. Laborum Magiſtra.

Ibidem. 3 Quæ ad vanum mulierum, aut virorum ornatum pertinent, à Monialibus fieri, ſub priuatione officij Abbatiſſæ, & Superiori prohibemus. Vanis inſeruientia non laborent.

Ibidem. 4 Laboris pretium in commune ab omnibus conferatur, quæ ſecùs fecerit, proprietariæ pœnas luat. Pretium in commune coi feratur.

Ibidem. 5 Quod ex labore percipitur, in librum deſcribatur, cuius Præfecta Monaſterij, adhibitis etiam Matribus, ſæpè Monialibus rationem reddat. Et in librũ deſcribatur

6 In

Ibidem. 6 In vnoquoque Monaſterio commune ſit veſtiarium, in quo veſtes Monialium aſſeruentur, nec in cellulis, aut priuato loco quicquam reponi liceat, quod tunc temporis non ſit neceſſarium, quæ contrafecerit, vt proprietaria puniatur. Commune Veſtiarium.

Ibidem. 7 Quibus cuſtodiendis duas, aut plures Moniales idoneas communi conſilio Abbatiſſa præficiat. Ijquà Præfectæ.

Ibidem. 8 Infirmarum tamèn veſtes, & præſertim contagione ſuſpectas ſeparatim cuſtodiri liceat, aut apud ipſas infirmas relinqui, Abbatiſſæ arbitrio.

Ibidem. 9 In communi Dormitorio, præter infirmas, & ſeniores, quibus alius locus ad dormiendum aſsignabitur, omnes noctù dormitùm ſe recipiant, niſi ob aliquam cauſam aliquãdo Superiori diſpenſari videbitur. Commune Dormitorium.

Ibidem. 10 Duas Moniales in eodem lecto cubare omninò, & abſolutè vetamus; ſi verò pro loci ratione nonnunquam neceſſarium ſit, plures lectulos in eadem cella diſponere, ità collocentur, vt tres ſaltèm lectos capere poſsit, & nunquam duos, niſi germanæ ſorores fuerint. Quæ his contrauenerit, puniatur grauiter, Superioris arbitrio. Iunctas cubare non liceat. In vna cella niſi tres ſaltem lectuli non ſternantur.

Puellæ ad Religionem recipiendæ.
§ 18.

Trid. ſeſ. 25. c. 7. Valliſolet. 1593. 1 SI puella, quæ maior duodecim annis ſit, deuotionis affectu, Religionis habitum ſuſcipere voluerit, ea de re moneatur Epiſcopus, qui illius exploret voluntatem, &, ſi nihil obſtet, de licentia Superioris, Monialibus capitulariter cõgregatis proponatur, &, ſi duas ex tribus ſuffragiorum partibus tulerit ſcrutinio ſecreto, Religioni adſcribatur. Quæ ſi acceptata Monaſterium ingredi maluerit, dummodò habitum infrà quatuor menſes ſuſcipiat, ſui voti compos fiat. Puellæ ad habitũ quomodo recipi debent.

Ibidem. 2 Non induatur autem habitu Religionis, niſi prius Confirmationis ſuſceperit Sacramentum, & pridiè Confeſſario Monaſterij confiteatur, ac mane ſequenti ab eiuſdem manibus ſacrã Communionem accipiat, poſteà Prius confirmentur, & confiteantur, ac communicent.

ſteà celebrata Miſſa à Confeſſario, vel ab alio, cui Superior commiſerit, indumenta de more benedicantur, & de contemptu mundi, alijſquè virtutibus, ad feneſtram communionis ſermo habeatur. *Veſtes benedicantur.*

Ibidem. 3 Suſcepto habitu, nomen alicuius Sanctæ imponatur eidem, vt virtutes imitetur, cuius nomen obtinet. *Sanctæ nomen, ei imponatur.*

Ibidem. 4 Propter hanc functionem, Monaſterij ſæpta, nullus ingrediatur, nec muſica inſtrumenta, præter organum, à Moniali intùs pulſatum, adhibeantur. *Functiones iſtæ extra ſæpta fiant.*

Trid. ſeſſ. 25. c. 16 Valliſolet. 1593. 5 Vltra victum, & veſtitum tempore nouitiatus, nulla bona à puella Monaſterium recipiat, ſub anathematis pœna, nè ob difficultatem ſua recuperandi puella impediatur, quin ad ſæculum redire poſſit. *A Nouitijs vltrà victũ, & veſtitum, nihil recipiatur.*

Trid. ibid. 6 Nulla quoquè renunciatio, obligatio, aut donatio, etiam ad fauorem piæ cauſæ, etiam iuramento firmata, valeat, niſi de licentia Epiſcopi intrà duos menſes profeſſioni proximos fiat, nec, Profeſſione non ſecuta, vllum ſortiatur effectum. *Donationes qua ratione fieri poſſunt*

Valliſolet. 1593. Viſitatio Apoſtolica. 7 Nè Monaſterium neceſsitate prematur; præcipimus; nè alicui Religionis habitus concedatur, niſi prius dotem, & alimenta, Monaſterio iure debita, apud aliquem à Monialibus electum, de conceſſu Superioris, ſub publico Inſtrumento deponantur de facto, vt profeſſione emiſſà, ſtatim in Monaſterio incorporari poſſit. *Dotes prius in ſdepoſitũ dentur.*

Nouitiæ, ad Profeſſionem admittendæ. §. 19.

Trid. ſeſſ. 25. c. 15. & 17. 1 NVlla Nouitia, antè ſextum decimum annum completum, & peracto integro anno nouitiatus, ad Profeſſionem admittatur. Nec antequàm per menſem antè admoneatur Epiſcopus, qui Profeſſuræ voluntatem exploret, an coacta, an ſeducta ſit, an ſciat quid agat, &c. Quod ſi Epiſcopus intrà quindecim dies illius menſis examen neglexerit, aut ſine iuſta cauſa, Superiori manifeſta, diſtulerit, Superiori liberum ſit, eam ad Profeſſionem admittere, dummodò nihil canonicum obſtet. *Profeſſionẽ non faciant, niſi poſt 16. annum.* *Eiſpoſt examen ab Epiſcopo faciẽdum intra 15. dies.* *Pius V. In ſ Mendicantium.*

2 Mane

Ibidem. 2 Manè, quo Nouitia profeſſura eſt, diligenter con- *Ante profeſſionem confiteantur, & communicent.*
feſſa, deuotè communicet. Tùm congregatis capitulariter Monialibus, qui eam functionem obierit, ſermonem pro rei dignitate habeat, deindè ſingularum vota per balloctationem, aut ſecretum ſcrutinium explorentur, &, ſi duas ex tribus partibus Nouitia tulerit, ad Eccleſiam ordine procedentes, Hymnos, & Pſalmos deuotè canentes, ſuo loco ſe recipiant. Tunc Præfecta cum Matribus Diſcretis ad Communionis feneſtrellam Nouitiam deducat, & iuxtà formulam, in manibus Præfectæ, coram eo, qui ad hoc ſpecialiter deſtinatus eſt, ſolemnem Profeſſionem emittat.

Spiritualis ſermo habeatur.

Suffragia recipiantur.

Profeſſionis emiſſio.

Sixtus V. Et ſi de cæteris. Valliſolet. 1593.

3 Quam in libro ad hoc parato cum nomine, cognomine, patria, die, & anno Profitentis, deſcribi faciat, & deinde Superiorem admoneat, vt in ſimili libro idem adnotari præcipiat in Archiuio Prouinciali, aſſeruãdo. *Deſcribatur in libro.*

De euntibus inter Saracenos.

§. 1.

Cap. 12. *QVicunquè Fratrum diuina inſpiratione voluerint ire inter Saracenos, & alios infideles, petant indè licentiã à ſuis Miniſtris Prouincialibus, &c.*

Salmant. c. 12. Valliſolet. 1593.

1 VT de bono ſanctorum locorum regimine præcipua cura habeatur, Religioſus ætate grauis, doctrina inſignis prudentia, & rerum agendarum vſu conſpicuus, vitæ, & morum honeſtate probatus, Montis Syon Guardianus, ac Terræ ſanctæ Cuſtos, & Commiſſarius in Generalibus Comitijs, communi Patrum conſilio, & conſenſu eligatur. *Guardianus Ieruſalem qualis eſſe debeat.*

Ibidem. 2 Cuius Familia in Generali Capitulo, ſingulo quoquè triennio deligenda, ex ijs Fratribus ſemper eliga- *Familia ſingulo quoq. triennio, deſtinanda.*

tur, quos Prouincialium, & Patrum teſtimonio magis pios, & deuotos, in fide conſtantes, & morum grauitate probatos, maximè idoneos, conſtiterit eſſe admittendum.

Rom. 1587

Toletan. 1633.

Fratres ad Terram ſanctã qui mittere poſsint

3 Nullus autèm Generali Miniſtro, vel Commiſſario inferior in vtraquè Familia, quauis cauſa etiam peregrinationis, Fratres Ieroſolymam mittere poſſit, ſub priuatione vocis actiuæ, & paſſiuæ. Guardiano Terræ ſanctæ excepto, iuxtà Apoſtolicas conceſſiones.

Toletan. 1633.

Præcipiens obſeruari literas Reuerendiſsimi Iouez.

Obedientia pro Terra ſancta cui oſtendẽda, & quomodo exequenda.

4 Quicunquè obedientiam ad Terram ſanctam eundi receperint, illam poſt tres dies à receptione, Prouincialibus ſuis, & Commiſſarijs Terræ ſanctæ, ſi in Prouincijs adfuerint, oſtendere, & in termino decem dierum rectà ad portum, vnde vela ſoluturi ſunt, itineri ſe accingere debeant, qui Prouinciales, & Commiſſarij obedientialibus literis diſceſſus diem adnotare teneantur, vt itineris ratio cognoſcatur. Quod obſeruatum non eſſe, vel, qui miſsi fuerant vagatos fuiſſe, conijcientes Commiſſarij apud portus reſidentes, teneantur eiſdem quaſcunque obedientiales literas auferre, ac cum alijs à ſe illis conceſſis, recto tramite ad ſuos Prouinciales, quos monitos faciant, remittere teneantur. Ipſi verò Prouinciales, Fratres ſupradictos ſic vagantes, per annum actibus legitimis priuent, & in aliquo Conuentu contineant.

Ibidem.

Fratribus ad Terrã ſanctam miſsi Cõmiſſarij prouideant

5 Commiſſarij Terræ ſanctæ Fratribus ad illa loca legitimè directis de omnibus neceſſarijs pro itinere prouidere teneantur, illoſquè poſt tres dies, niſi legitimum adſit impedimentum, licentiare; contràfacientes, à Superioribus pœnis plectantur.

Ibidem.

Redeuntes à Terra ſancta, quid agere debẽt.

6 Recedentes à Terra ſancta, ſtatim ac chriſtianitatem attigerint, Commiſſarijs particularibus ſe præſentient, vel eorum viceſgerẽtibus, aut in eorum defectu, locorum vicinorum Guardianis, qui in calce patentium obedientialium, diem aduentus adnotent, ac diſceſſus. Conuenturi deindè Commiſſarium illius Regni, & nationis, cui patentes, & ſcripturas, ſi quas deferunt, conſignare, & negocia communicare debebunt. Quòd ſi Commiſſarius Regni expedire iudicauerit, vt

tales

tales Fratres amplius ſe in dicta negocia non ſe immiſceant, poterunt eoſdem ad ſuos Prouinciales remittere, adnotata in prioribus obedientialibus literis remiſſione, & de negocijs Generalem conſulant, & dicti Fratres, ſub pœna inobedientiæ, & Apoſtaſiæ Commiſſarijs nominatis obedire teneantur.

Ibidem. 7 Si Commiſſarij in rebus, quas Fratres redeuntes deferunt, aliquid ad Terram ſanctam ſpectans, vel ſtatui noſtro repugnans inuenerint, debent enim illas viſitare, teneantur eis illas auferre, & ad Terram ſanctam remittere, & illius beneficio applicare, quòd ſi Fratres redeuntes, aliquid cælauerint, tanquàm inobedientes, & proprietarij puniantur. — De ſuperfluis à Commiſſarijs ex proprietur.

8 Vt autèm libentiùs Terræ ſanctæ ſeruitio Fratres applicentur, præcipimus in virtute ſanctæ obedientiæ Superioribus ſub priuatione ſuffragiorum (ſi id intimare neglexerint) vt pro anima illius, qui in illis Regionibus, vel in itinere moreretur, fiant à quolibet in ſua Prouincia conſueta ſuffragia, ac ſi in propria Prouincia decederet. Quod etiam fieri mandamus in morte Commiſſariorum, ſociorum, omniumquè, qui in actuali ſeruitio ſanctorum locorum reperiuntur. — Pro animabus decedẽtium in ſeruitio Terræ ſanctæ ſuffragia fiant.

Ibidem. 9 Sub propriorum officiorum priuatione Prouincialibus iniungimus, vt euntibus ad ſeruiendum ſanctis locis de neceſſarijs veſtimentis prouideant. — Deſtinatos ad Terram ſanctã Prouinciales veſtiant.

Salmant. l. 12. Valliſolet. 1593. 10 Guardianus Terræ ſanctæ eundo, & redeundo totam ſuam Familiam ſecùm conducat, ſingulis, ex communibus Terræ ſanctæ eleemoſynis pro neceſſitatibus prouiſurus. Nulloque modo permittat, vt Fratres ad loca ſancta deſtinati ſibi ipſis prouideant, aut pecunias habeant. — Guardianus Familiam ducat, & reducat, & ei de neceſſitatibus prouideat.

Ibidem. 11 Si verò quandoquè contingat vniuerſam Familiam ſimul non accedere, vel recedere, tunc Superior localis ſingulis neceſſaria prouidere teneatur.

Ibidem. 12 Guardiano Ieruſalem Fratres ad Chriſtiani orbis partes pro quocunquè negocio mittere non liceat, niſi primùm ad Generalem eos deſtinauerit, vt eius mandato negocia pertractentur, ſi contràfecerint, ſuſpendantur, aut priuentur officio, & deſtinati, notam Apoſtaſiæ incurrant. — Miſſus à Terra ſancta, Generalem prius adeat.

13 Guar-

Toletan. 1633.

13 Guardiani Ieruſalem, vt in nulla re graui ſolus iudicium ferat, ſed Diſcretorum conſilium petat, & expectet, præcipimus; ſubditis autem, vt liberè quod ſecundùm Deum ſentiunt, dicant, in virtute ſanctæ obedientiæ iniungimus, vt, vel ſic damna Religionis vitentur.

> Guardianus Terræ ſanctæ omnia cum conſilio Diſcretorum agat.

Valliſolet. 1593.

14 Ad colligendas eleemoſynas pro Terræ ſanctæ conſeruatione plures pro diuerſitate Nationum inſtituantur Procuratores, & Commiſſarij, quos Generalis, de patrum conſilio magis aptos cenſuerit.

> Quæſtores eleemoſynarum pro Terra ſancta.

Ibidem.

15 Qui de collectis eleemoſynis, Generali, vel ab eo ſpecialiter delegato rationem reddere teneantur.

> De eleemoſynis ratio reddatur.

16 Decernimus, vt Terræ ſanctæ Guardianus indè *Salm. c. 12* recedere non poſſit, neque alteri ex ſua Familia licentiam recedendi concedere, niſi prius eò ſucceſſor acceſſerit, ſub Apoſtaſiæ nota ipſo facto aliter recedenti.

> Guardianus non aiſcedet, ante ſucceſſoris aduentum.

Ibidem.

17 Succeſſor verò cum primùm acceſſerit, authoritate Generalis eam Familiam, & ſuum prædeceſſorem diligenter viſitet, & viſitationem, ipſius ſigillo benè munitam ad Generalem per fideles nuncios mittat, vt in delinquentes ſecundùm iuſtitiam animaduertat.

> Succeſſor de anteceſſore, & Famiha inquirat.

Ibidem.

18 Si verò ſcandalum inuenerit, quod in detrimentum Ordinis, aut ſanctorum locorum notabile damnum vergere poſſit, prouideat ipſe, prout magis expedire videbitur.

> Scãdalo pro rei exigentia prouideat.

Ibidem.

19 Redeuntes de Terra ſancta, cum primùm ad propria ſe receperint, infrà quindecim dies, ſub pœnis Superiori arbitrarijs radi teneantur.

> Reuerſi à Terra ſancta, barbam deponant.

Rom. 1587

20 Guardianus Ieruſalèm, & Terræ ſanctæ Cuſtos ad propria reuerſus, omnibus priuilegijs, & prærogatiuis gaudeat, quibus gaudent, qui fuerunt Miniſtri Prouinciales in ſua Prouincia. Quod etiam de eo, qui per triennium integrum Præſidentis officium ibidem abſolutè exercuerit, venit intelligendum.

> Guardiani, & Præſidentis Ieruſalẽ priuilegia.

Valliſolet. 1593. Toletan. 1633.

21 Statuimus etiam, & decernimus, vt Generalis Miniſtri Secretarius Ciſmontanus, Terræ ſanctæ Cuſtos eſſe cenſeatur, & vt talis cum alijs ſuæ Familiæ vocalibus in Generalibus Comitijs admittatur.

> Secretarius Ciſmontanus, Terræ ſanctæ Cnſtos.

Toletan. 1633.

22 Commiſſarij Terræ ſanctæ, qui per octennium continuum, officium exercuerunt, gaudeant, priuilegijs De-

> Commiſſariorum Terræ ſanctæ priuilegia.

Definitorum Prouincialium, qui verò per duodecim annos continuos priuilegijs Patrum Prouinciæ quo ad præcedentiam, & paternitatem.

Protector Ordinis. §. 2.

Cap. 12. *AD hæc, per obedientiã iniungo Miniſtris, vt petant à Domino Papa vnum de Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus, qui ſit Gubernator, & Protector iſtius Fraternitatis, vt ſemper ſubditi, & ſubiecti pedibus eiuſdem Sanctæ Romanæ Eccleſiæ, ſtabiles in fide catholica, paupertatem, & humilitatem, & ſanctum Euangelium Domini noſtri Ieſu Chriſti, quod firmiter promiſimus, melius catholicè obſeruemus.*

Salm. c. 12 1 AD Generalem Miniſtrum, vel eius nomine, ad Generalem Ordinis Procuratorem, qui pro tempore in Romana Curia fuerit, à Sanctiſſimo D. Papa vnum de S. R. E. Cardinalibus in Protectorem petere ſpectat. Protectorẽ quis petere debet.

Sixtus IV. 2 Cuius authoritas ad tria ſe extendit. Protectoris authoritas.

Ibidem. Primum, ſi totus Ordo ab vnitate fidei recederet.

c. 11. Secundum, ſi totus Ordo ab obedientia S.R.E. deficeret.

Tertium, ſi totus ab obſeruantia Regulæ excederet, & propterea dicitur in Regula, vt ſemper ſubditi, &c.

Quod exemplũ Nicolaus Tertius confirmauit, cùm ad petitionem P. Bonagratiæ, tunc Generalis Miniſtri Protectorem Cardinalem Matthæum Ordini concedens dixit; *Ad te, dilecte fili ſermo noſter dirigitur, ſi beneficia, quæ tibi per nos perueniunt, recenſere vellemus, inuenientur quidem magna, & planè vtilia; ſed in nullo dedimus tibi ſic è vicino barram æternæ vitæ, ſicuti in iſto, quod tibi modò præſtamus. Damus enim tibi melius, quod habemus, damus tibi cordis noſtri deſiderium, pupillam oculorum noſtrorum.* Quod dicens, lacrymis præpeditus, loqui non poterat, tandem voce vtcunquè reaſſumpta ſubiunxit; *Non poſſumus in* Exemplum Nicolai PP. Tertij. Memoriale Ord. Salmant. c. 12.

hac

hac materia dilatare ſermonem, quia natura non patitur; Et extenſa manu proprium annulum ei dedit, dicẽs: C*ommittimus tibi Ordinem Fratrum Minorum*, & ſtatim conuertit ſe ad declarandum illa verba; *Qui ſit Gubernator, & Corrector, &c.* & dixit: *Tua gubernatione ordo non indiget, quia tot ſapientibus, & prudentibus viris Ordo abundat, quòd ad ſe gubernandum ſibi ſufficit, Correctioni quoquè te non oportet inſiſtere, quia inter Fratres, Prælaturæ ſunt taliter diſpoſitæ, quòd in hac parte non videtur eſſe defectus; habent enim Guardianos, qui ſi deficiant, ad Miniſtros recurrere poſſunt, ſupra quos ſunt Generalis, & Generale Capitulum. Ita quòd non eſt veriſimile, apud eos quæ correctione indigent, præteriri. Vnum eſt, in quo patrocinio tuo ordo ipſe opus habet, ſunt enim imbecilles, & pauperes, & multi ſunt, qui eos indebitè perturbant, & inquietare conantur, quibus per ſe repugnare, & ſibi prouidere non poſſunt, in hoc indigent brachio, & fortitudine Protectoris, & hoc eſt potiſſimum, in quo tua cura debet inſiſtere.*

Hæc ex memoriali Ordinis dicta ſufficiant, cùm Eminentiſſimorum Protectorum authoritatem magis venerari, quàm examinare debeamus.

Conſeruatores eligendi. §. 3.

Greg. XV. de Conſer.

1 PRouincialis in ſua Prouincia intrà ſex menſiũ ſpatiũ Cōſeruatores iuxtà Apoſtolicas Conſtitutiones pro vno quoque Conuentu eligere, & elegiſſe teneatur, ſub pœna priuationis officij, ſi neglexerit. Quibus, tenoris ſequentis patentes literæ concedentur. *Conſeruatores eligantur.*

Nos N. *Miniſter Prouincialis Prouinciæ* N. *Ordinis Minorum Regularis Obſeruantiæ S. Franciſci. Dilecto nobis in Chriſto* N. *Decano, Doctori, vel Vicario Generali, &c. ſalutem. Cum ex Apoſtolicis Indultis poſſimus Iudices Conſeruatores eligere, qui poſtquàm nominati ſunt, teneantur, & officium acceptare, & Apoſtolica authoritate quamcumquè perſonam no-* *Deputatio nisexẽplum*

ſtris

ſtris religioſis, monaſterijs, ac rebus, bonis, ac priuilegijs, moleſtiam, vim, & praiudicium inferentem, compeſcere. De tuis ſcientia, probitate, ac iuſtitiæ zelo confiſi, perſonam tuam, in Iudicem Conſeruatorē eligimus, & electum declaramus, vt in omnibus cauſis motis, & mouendis, in Iudicio Eccleſiaſtico, & ſæculari, & apud quodcunque tribunal, iuxtà Apoſtolicas Conſtitutiones, præcipuè Gregorij XV. pro nobis, rebuſque, noſtro Ordini conceſsis, Conſeruatoris partes interponas, nos, noſtraquè ab iniurijs, & moleſtijs illatis, vel inferendis, Conſeruatoria facultate defendas. Concedentes tibi facultatem, vt, dum fueris impeditus tàm initia, quàm progreſſus, ac etiam definitiuas ſententias alij ſubdelegare, & ſubſtituere, ſiuè in totum, ſiuè in partem poſsis, toties, quoties opus eſſe cenſueris. Te enim, & iſtos, meliori, quibus poſſumus, & debemus via, modo, & forma, in Conſeruatores Iudices nominamus cũ omni iuriſdictione, & clauſulis debitis, & conſuetis. Vale in Domino. Datum.

Archiuia. §.4.

Valliſolet. 1593. 1 DEcernimus, vt duo Archiuia in ſingulis Prouincijs erigantur, vnum Prouinciale, & vnum locale, duabus clauibus diuerſis, quodlibet ipſorum occludentibus. Prouincialis Archiuij Miniſter Prouincialis vnam, alteram loci Superior aſſeruabit; localis vnam, ipſe Guardianus, alteram antiquior Conuentus Diſcretus cuſtodiet. **Duo Archiuia erigenda in qualibet Prouincia.**

2 In locali conſeruabuntur liber receptionum, & profeſsionum Nouitiorum, ſcripturæ omnes ad Conuentum ſpectantes, Inuentaria librorum, tùm qui in bibliothæca ſunt, tùm qui Fratribus accommodantur. **Quid in illis ſeruandum.**

3 In Prouinciali aſſeruabuntur liber ſimilis pro Nouitijs, literæ teſtimoniales de qualitate Nouitiorum. Series ad Ordines promotorum, cum ſuis examine, & approbatione. Admiſsiones ad Prædicationē, & Confeſſionem. Apoſtatarum nota, delinquentium nomina, cum proceſſibus ipſorum. Non tamen vltra ſex

menſes, poſtquàm vltimò per definitiuam ſententiam terminati ſunt. Vndè tranſactis ſex menſibus, poſt definitionem cauſarum, proceſſus omnes comburi mandamus, nè odiorum, & litium fomenta remaneant. Præcipimus autèm, in Archiuio aſſeruari ſententias per extenſum, Definitorij Patrum manibus ſubſcriptas, & in libro ad hoc parato adnotatas, vt delinquentium memoria remaneat. Numerus Fratrum in vnoquoquè loco præſcriptus. Inuentarium bonorum mobilium Monialium, ac ipſarum receptionum, & profeſſionum; ſcripturæ, & inſtrumenta ad Prouinciam, ac Conuentus pertinentes. Statuta, ac decreta Prouincialia, & Generalia.

Salm. c. 10 Cong. Gen. Rom. 1603

Proceſſus vltra ſex menſes non ſeruentur.

4 Ad hæc, ſit in vtraquè Familia Regeſtum, in quo notentur actus omnes Capitulares, non ſolùm ad futuram rei memoriam, ſed etiam vt Religionis ſtatus cognoſcatur, & regimini inſeruiat.

Rom. 1639

Statutorum obſeruatio. §. 5.

1 QVia verò parum eſt, leges condere, niſi executioni mandentur, omnibus noſtræ Familiæ Fratribus, cuiuſcunquè conditionis exiſtant, mandamus, vt præſentia Statuta, alijs omnibus abolitis, & reiectis, obſeruent, ſub pœnis in ijſdem ſancitis. Mandantes omnibus, & ſingulis Superioribus, vt hæc omnia quantùm ad eos ſpectat, accuratè ſeruẽt, & ab alijs obſeruari procurent. Qui verò in prædictis negligentes fuerint, ſuſpendantur, vel priuentur officio, ad Superioris arbitrium.

Salmant. c. 12. Stat. Pap. Iul. II. in fine.

Statuta hæc tantum obſeruanda.

2 Si verò difficultas, vel dubitatio in ipſis Decretis, & Conſtitutionibus oriatur, eius interpretationem, & explicationem Reuerendiſs. P. N. Miniſtro Generali, vel Commiſſario itèm Generali Ciſmontano reſeruamus, & reſeruatam eſſe volumus, & decernimus.

Valliſolet. 1593.

Generales ſtatuta declarare poſſunt.

3 Et nè ignorãtia excuſet, vniuerſis, & ſingulis Prouincialibus iubemus, vt ſpatio vnius menſis, poſtquàm Statuta hæc, & Conſtitutiones typis mandata, & publicata fuerint, ea in ſuis Prouincijs habere procurent, in fin-

Ibidem. Salm. c. 12

Statuta publicentur.

Habeantur.

ſingulis Conuentibus,& Monaſterijs diſtribuenda, ac Fratribus capitulariter congregatis, bis, aut ter in ſingulos annos legenda. *Legenda.*

Ibidem. 4 Guardiani autèm,qui in ijs legendis,& obſeruandis negligentes fuerint, ſuſpendantur, aut priuentur officijs arbitrio Prouincialis: Prouinciales verò in ipſis exequendis omnem curam adhibeant, qui ſi culpabiles fuerint, per Reuerendiſſimum Patrem admoneantur, & ſecundùm negligentiam puniantur, prout ipſe Reuerendiſsimus iudicauerit. *Tranſgreſſorum pœnitiones.* *Rom. 1571 & 1575. Valliſolet. 1593. Et alia.*

5 Ad hæc, rememorantes ea, quæ ſuper Caput Sextum, de omnimoda rerum abdicatione ſtatuta ſunt, declaramus, Horologia omnia portatilia non tantùm aurea, & argentea, verùm cuiuſcunquè alteriùs materiæ, ſicuti ſuperflua, ita & prohibita omninò cenſentur, ſub ijſdem pœnis tranſgreſſoribus inuiolabiliter infligendis, quæ inhibi adnotantur.

Modus abſoluendi Apoſtatas.

Valliſolet. 1593. FRatribus, Superioris iuſſu, capitulariter congregatis, ſuiſque locis ordine ſtantibus, apoſtata coram eis conſtitutus, & genuflexus, flagella, diſciplinæ nomine, ſibi adhibeat, ac Pſalmum, *Miſerere mei Deus, &c.* Totum recitet. Quo finito, qui præeſt dicat. *Abſolutionis eorum ordo, & modus.*

Kyrie eleiſon. Cæteris reſpondentibus. *Chiſte eleiſon. Kyrie eleiſon.* Et dicto *Pater noſter* ſub ſilentio, intelligibili voce ſequentes Verſus dicantur, cum ſua Oratione.

℣. *Et ne nos inducas in tentationem.*
℟. *Sed libera nos à malo.*
℣. *Saluum fac ſeruum tuum.*
℟. *Deus meus ſperantem in te.*
℣. *Eſto ei Domine turis fortitudinis.*
℟. *A facie inimici.*
℣. *Domine exaudi orationem meam.*
℟. *Et clamor meus ad te veniat.*

℣. *Dominus vobiſcum.*

℟. *Et cum ſpiritu tuo.*

Oremus.

DEvs, cuius proprium eſt miſereri ſemper, & parcere, ſuſcipe deprecationem noſtram, & hunc famulum tuum N. N. quem apoſtaſiæ ſententia ligat, miſeratio tuæ pietatis abſoluat. Per Chiſtum Dominum noſtrum. Amen.

Deinde idem ipſe Præſes apoſtatam abſoluat, ſub ſequenti forma.

Neap. c.29. AVctoritate Domini noſtri Ieſu Chriſti, & Beatorum Apoſtolornm Petri & Pauli, ac ſanctæ Romanæ Eccleſiæ, Prælatorumque noſtri Ordinis, mihi in hac parte commiſſa, ego te abſoluo ab hoc vinculo Excommunicationis, quo teneris & ligaris per apoſtaſiam: & reſtituo te in ſanctis Sacramentis Eccleſiæ, & communioni fidelium: diſpenſando tecum in omni ſententia irregularitatis, ſuſpenſionis, & interdicti, ſi qua exinde innodatus teneris. In nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti. Amen. *Abſolutionis forma.*

Quibus peractis, imponatur ei pœnitentia, pro apoſtaſiæ qualitate.

De modo, quo Generalis Miniſter in vnoquoque Conuentu recipi debeat.

Ex Valliſolet. 1563. Et ex Salmant. c.8. Et ex veteri cõſuet. GEneralis Miniſter in vnoquoque Conuentu pro prima vice modo, & ordine infraſcribendo recipiendus eſt. Quò primùm illum appropinquare nunciatum fuerit, omnes campanæ pulſentur; tumque ſolemnis proceſsio Fratrum, Superioris iuſſu ſic ordinetur. *Appropinquante Generali illi Conuentui, in quo ſolẽniter recipiẽdum eſt, quid agendum.*

Guar-

Ex eiſdem. Guardianus, aut alius ex dignioribus, eius iuſſu, ſacris veſtibus cum pluuiali decenter induatur: ſicque per portam Eccleſiæ ordine egredientes, ei obuiam procedant, Crucifero ac duobus ſaltem Ceroferarijs, ſuperpelliceo, aut etiam dalmatica decenter indutis præcedentibus. Quomodo illi proceſſionaliter occurrendum.

Ex eiſdem. Qui vbi primùm Generalem ipſum certo loco obuium habuerint, ſiſtant: tumque aulæum ſuper terram, puluinari ſuperpoſito ſternatur, ac Fratribus hinc inde alas facientibus, qui ſacris indutus eſt, paruam Crucem manu ferens, per medium illorum cum duobus Cãtoribus ſuperpelliceo indutis medius procedat, ac Generali obuiam factus, genuflectat, eique ſuper puluinari pariter genuflexo Crucem deoſculandam offerat, moxque Cantores cantu incipientes, *Salue Sancte Pater &c.* & ipſi, & alij Fratres omnino omnes genuflectant, ſtatimque ſurgentes Antiphonam proſequantur. Vbi ad eum peruentum, quæ facienda.

Ex eiſdem. Ac ordine ad Eccleſiam reuertentes, Generalem poſtremo loco ſequentem deducant, ſacris induto à ſiniſtris illius ſtante. Quòd ſi Antiphona prædicta præ loci diſtantia non ſuffecerit, Hymnus, *Te Deum laudamus &c.* aut *Decus morum &c.* cantetur, prout opportunius videbitur. Quomodo cum eo ad eccleſiam redeũdum.

Ex eiſdem. Qui vt ad Altare maius peruenerit, coram Sanctiſſimo Euchariſtiæ Sacramento genuflexus, pauliſper oret, ac poſtea ſurgens, ſequentes Verſus, & Orationes præcinat, reſpondentibus Fratribus vt infrà. Quæ ab eo in Eccleſia facienda.

℣. *Adiutorium noſtrum in nomine Domini.*
℟. *Qui fecit cælum & terram.*
℣. *Sit nomen Domini benedictum.*
℟. *Ex hoc nunc, & vſque in ſæculum.*
℣. *Domine exaudi orationem meam.*
℟. *Et clamor meus ad te veniat.*
℣. *Dominus vobiſcum.*
℟. *Et cum ſpiritu tuo.*

Oremus.

ACtiones noſtras, quæſumus Domine, aſpirando præueni, & adiuuando proſequere, vt cuncta noſtra oratio, & operatio à te ſemper incipiat, & per te cœpta finiatur.

COncede nos famulos tuos, quæſumus Domine Deus, perpetua mentis, & corporis ſanitate gaudere, & glorioſa beatæ Mariæ ſemper Virginis interceſsione, à præſenti liberari triſtitia, & æterna perfrui lætitia.

DEus, qui Eccleſiam tuam beati Franciſci meritis fœtu nouæ prolis amplificas, tribue nobis, ex eius imitatione terrena deſpicere, & cæleſtium donorum ſemper participatione gaudere. Per Dominum noſtrum &c.

Quibus peractis, Fratribus benedicat, dicens.

Benedicat vos Diuina Maieſtas, Pater, & Filius, & Spiritus ſanctus.

Ex eiſdem. Mox à ſiniſtro Altaris cornu ſuper ſellam ad id decenter antea paratam ſedenti, Superior primùm, ac deinde alij fratres omnino omnes ordine accedentes, genibus flexis debitam reuerentiam exhibeant, obedientiam præſtent, manus eius humiliter ac reuerenter deoſculantes. Quomodo Generali ab omnibus fratribus in Capitulo exiſtentibus obedientia præſtanda.

Forma

Forma pro induendis, & ad profeſsionem admittendis Nouitiis, de qua in Decretis fit mentio.

QVo die quis, ad Conſtitutionis Sixti Quinti Summi Pontificis præſcriptum, approbatus Superioris conceſſu, Religionis noſtræ habitum ſuſcepturus eſt; aut mane poſt Miſsam maiorem, aut poſt Veſperas, prout opportunius venerit; antequàm Fratres è Choro diſcedant, Superior, aut alius de mandato, indutus Alba, Stola, & Pluuiali, pro temporis, & officii ratione, conuenienti, ſtans in medio Altaris, Iuuene in inferiori Altaris ipſius gradu, genibus flexis exiſtente, has ſequentes Orationes; verſa facie ad Sacramentum, dicat, incipiendo abſolutè.

℣. *Dominus vobiſcum.*
℟. *Et cum ſpiritu tuo.*

Oremus.

DEus, qui à ſæculi vanitate conuerſos, ad brauium ſupernæ vocationis accendis: & qui renunciantibus ſæculo, manſiones paras in cælis: dilata cor huius famuli tui cæleſtibus donis; vt fraterna nobiſcum teneatur compagine charitatis: vnanimis, conſtans, ſobrius, ſimplex, & quietus, regularia Sanctorum Patrum Inſtituta cuſtodiat: & ad eum, quem, te inſpirante, perfectionis ſpiritum concepit, te adiuuante, perueniat: Per Chriſtum Dominum noſtrum. ℟. Amen.

Oremus.

DOmine Ieſu Chriſte, Dux, Salus, & Fortitudo noſtra, humiliter petimus, vt famulum tuum, quem ſanctæ compunctionis ardore, ab huius ſæculi vanitate ſeparaſti, etiam à conuerſatione terrena diſcernas, & gratiam, qua in te perſe-

ueret, infundas: vt protectionis tuæ præſidio munitus, quod te donante affectat, te adiutore compleat: vt ſuæ conuerſionis executor effectus, ad ea, quæ perſeuerantibus in te promittere dignatus es, fœliciter pertingat. Qui viuis, & regnas in ſæcula ſæculorum. ℟. Amen.

Deinde procedat Sacerdos ad cornu Epiſtolæ: & ibi ſtans, benedicat veſtimenta, paulò ante à Sacriſta, in eodem cornu, ſuper aliquo ſcabello, opportunè, ac decenter præparata: dicens.

℣. *Adiutorium noſtrum in nomine Domini.*
℟. *Qui fecit cælum, & terram.*
℣. *Sit nomen Domini benedictum.*
℟. *Ex hoc nunc, & vſque in ſæculum.*
℣. *Domine exaudi orationem meam.*
℟. *Et clamor meus ad te veniat.*
℣. *Dominus vobiſcum.*
℟. *Et cum ſpiritu tuo.*

Oremus.

Domine Ieſu Chriſte, qui tegumen noſtræ mortalitatis induere dignatus es, obſecramus immenſam tuæ largitatis abundantiam; vt hoc genus veſtimenti; quod Sancti Patres, ad innocentiæ, & humilitatis indicium, abrenunciantes huic ſæculo, ferre ſanxerunt: ita bene ✝ dicere, & ſanctificare digneris, vt hic famulus tuus; qui ſanctæ Religionis habitum, piæ deuotionis affectu, aſſumere intendit: te intus veraciter induere mereatur. Qui viuis, & regnas cum Deo Patre, in vnitate Spiritus ſancti Deus, per omnia ſæcula ſæculorum. ℟. Amen.

Super Chordam, ſiue Cingulum.

Oremus.

Deus, qui, vt ſeruum redimeres, filium tuum per manus impiorum ligari voluiſti, bene ✝ dic quæſumus cingulum iſtud,

iſtud, & præſta, vt famulus tuus: qui eo, velut ligamine pœnitentiali ſui corporis cingetur: vinculorum eiuſdem Domini noſtri Ieſu Chriſti perpetuò memor exiſtat: & in Ordine, quem aſſumit, perenniter perſeueret: tuiſque cum effectu ſemper obſequijs, ſe alligatum eſſe coguoſcat. Per eundem Chriſtum Dominum noſtrunm. ℟. Amen.

Quibus dictis aſpergantur ſimul, & Iuuenis, & veſtimenta aquã benedicta, ſine incenſo. Deinde, auxiliantibus Miniſtris, exuatur Iuuenis ſæcularibus veſtimentis à Sacerdote, ſiue Superiorẽ dicentẽ.

Exuat te Dominus veterem hominem cum actibus ſuis. Amen.

Et illum poſtea Religionis habitu inducẽdo, ad ſingula veſtimenta dicat.

Ad Tunicam.

Induat te Dominus nouum hominem, qui ſecundùm Deũ creatus eſt in iuſtitia, & ſanctitate veritatis. ℟. Amen.

Ad Habitum.

Domine Ieſu Chriſte, qui dixiſti, Iugum meum ſuaue eſt, & onus meum leue, præſta quæſumus, vt hic famulus tuus ſic iſtud deportare valeat, vt poſſit conſequi tuam gratiam in præſenti, & gloriam in futuro. Per Chriſtum Dominum noſtrum. ℟. Amen.

Ad Caputium.

Pone Domine Caputium ſalutis in capite eius, ad expugnandas Diabolicas fraudes. Per Chriſtum Dñm noſtrum. ℟. Amen.

Ad Chordam.

Præcingat te Dominus cingulo puritatis,& extinguat in lumbis tuis humorem libidinis: vt maneat in te virtus continentiæ, & caſtitatis. Per Chriſtum Dominum noſtrum. ℟. Amen.

Quo induto, porrigat ſibi faculam accenſam, dicens.

Accipe frater cariſſime, lumen Chriſti, in ſignnm immortalitatis tuæ: vt mortuus mundo, Deo viuas. Exurge à mortuis, & illuminabit te Chriſtus. ℟. Amen.

Poſtea vertat ſe Sacerdos ad Sacramentum. Et, Nouitio ſtante in ſupraſcripto gradu genuflexo, dicat clara voce.

℣. *Saluum fac ſeruum tuum.*
℟. *Deus meus, ſperantem in te.*
℣. *Mitte ei Domine auxilium de ſancto.*
℟. *Et de Sion tuere eum.*
℣. *Nihil proficiat inimicus in eo.*
℟. *Et filius iniquitatis non apponat nocere ei.*
℣. *Domine exaudi orationem meam.*
℟. *Et clamor meus ad te veniat.*
℣. *Dominus vobiſcum.*
℟. *Et cum ſpiritu tuo.*

Oremus.

Maieſtatem tuam Domine ſuppliciter exoramus, vt famulum tuum; cui, de tua gratia præſumentes, noſtræ Religionis habitum impoſuimus: digneris inter diſcipulos tuos, virtute exalto induere, iuſtitiæ lorica munire, & ſalutis protegere veſtimento: vt intercedente Beato Franciſco Confeſſore tuo, ſub humilitatis veſte tibi perſeueranter deſeruiens, ad ſtolam immortalitatis, & gloriæ peruenire mereatur. Per Chriſtum Dominum noſtrum. ℟. Amen.

Ore-

Oremus.

DOmine Ieſu Chriſte, qui beato Petro Apoſtolo tuo; ſignificans, qua morte clarificaturus eſſet Deum: prædixiſti, per alium in ſenectute ipſum fore cingendum; famulum tuum fratrem noſtrum; quem cingulo noſtræ fraternitatis præcinximus: tua, quæſumus, charitate præcinge: tui nominis metu ſalutari conſtringe: & chorda cor eius regulari allIga diſciplina: vt tua ei opitulante gratia, ſolutus, & liberatus à mundo, tuoq. vinctus ſeruitio, in Ordinis, quem aſſumit, obſeruãtia, vſque in finẽ iugiter perſeueret. Qui viuis, & regnas in ſæcula ſæculorũ. ℟. Amen.

Oremus.

DEus, qui mira Crucis myſteria in Beato Franciſco Confeſſore tuo multiformiter demonſtraſti, da huic famulo tuo, eius piæ deuotionis ſemper exempla ſectari: & aſsidua eiuſdem Crucis meditatione muniri. Per Chriſtum Dominum noſtrum. ℟. Amen.

Quibus dictis, Sacerdos in medio Altaris, genua flectendo, intonabit, *Veni Creator Spiritus &c.* Qui dum à Cantoribus alternatim cantabitur, omnes Fratres è dextro Chori latere, ordine egredientes, & ad Medium Altaris procedentes, coram Venerabili Sacramento genua flectant, ac deinde Nouitium in infimo Altaris gradu, genibus flexis, exiſtentem, ad ſanctæ pacis oſculum recipientes, ſinguli dicant, *Pax tib. Frater:* Moxq. Chorum ab altera parre iterum ingredientes, ſinguli in ſuo loco ſe recipiant: & completo Hymno, ſtatim ſequentes Verſus canantur.

℣. *Poſt partum Virgo inuiolata permanſiſti.*

℟. *Dei genitrix intercede pro nobis.*

℣. *Ora pro nobis Beate Pater Franciſce.*

℟. *Vt digni efficiamur promiſſionibus Chriſti.*

Deinde Sacerdos cantet.

℣. *Dominus vobiſcum.* ℟. *Et cum ſpiritu tuo.*

Ore-

Oremus.

DEus,qui corda fidelium ſancti Spiritus illuſtratione docuiſti, da nobis in eodem ſpiritu recta ſapere, & de eius ſemper conſolatione gaudere.

COncede nos famulos tuos, quæſumus Domine Deus, perpetua mentis,& corporis ſanitate gaudere:& glorioſa Beatæ Mariæ ſemper Virginis interceſſione,à præſenti liberai i triſtitia, & æterna perfrui lætitia.

DEus,qui Eccleſiam tuam,Beati Franciſci meritis,fœtu nouæ prolis amplificas,tribue nobis, ex eius imitatione, terrena deſpicere:& cæleſtium donorum ſemper participatione gaudere. Per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum Filium tuum, qui tecum viuit, & regnat in vnitate eiuſdem Spiritus ſancti Deus, per omnia ſæcula ſæculorum. ℟. Amen.

℣. *Dominus vobiſcum.*
℟. *Et cum ſpiritu tuo.*
℣. *Benedicamus Domino.*
℟. *Deo gratias.*

Poſtea Sacerdos benedicat Nouitium, & aſtantes, dicens:

Benedicat vos Omnipotens Deus, Pater, & Filius, & Spiritus ſanctus. ℟. Amen.

Deinde habeatur ſermo,actioni conueniens,ad Decretorum præſcriptũ. Quo finito, & Nouitio nomine impoſito (quod Sanctorum ſit; vt hac pia, ſalutari, & perpetua ſui nominis recordatione, ſalutariter excitatus,cuius nomen gerit,eius virtutes,pios mores, & egregia facta, ſtudioſè quidem,ac ſanctè imitetur) & demum Benedictione aſtantibus data, Nouitiorum Magiſter Nouitium accipiat, & ad Barbitonſorem deducat; vt religioſo more, iuxta probatam Religionis conſuetudinem, ei clericalis corona, vel laicalis circulus aptè fiat.

Quo autem die quis Religionis habitum ſuſceperit,memoria fiat in libro, huic

huic vſui ſpecialiter præſcripto: ac præterea Prouincialis admoneatur; vt eius iuſſu, ſingula referantur in librum, in Prouinciali Archiuio perpetuò ſeruandum.

Ordo recipiendi Nouitios ad Profeſsionem.

FInito probationis tempore, ſi Nouitius iuxta Canonicas, & Apoſtolicas Sanctiones, ac regularia Sanctorum Patrum Inſtituta, ad profeſsionem ſolemniter emittendam, repertus fuerit idoneus; pridie, quo profiteri ſtatuit, peccatorum ſuorum diligenti confeſſione facta; & mane ſequentis diei, ſumpto deuotiſſimè Euchariſtiæ Sacramento; omnibuſque & Regula, & antiquis, perpetuoque vſu receptis, ac probatis Sanctorum Patrum Traditionibus antea ſeruatis; familiæ fratribus, & vniuerſis, & ſingulis capitularis Campanæ ſigno conuocatis, & capitulariter congregatis; Superior, vel alius eius mandato, facultatem eiuſmodi ab eodem habens, in ſella, opportuno loco antea opportunè præparata ſedeat.

Tumque Nouitiorum Magiſter illuc Nouitium, ad profeſſionem admittendum, religiosè deducat; quò cùm peruenerit, & genuflexerit, Nouitium ipſum ante pedes Superioris ſtatuat. Tùm Superior Nouitium interrogabit, prout oportet: & ſi ad opportunas interrogationes rectè reſponderit; mox de Sede ipſa, pio, ac breui ſermone, poterit & grauitatem, & pietatem, & magnitudinem actionis illius, & ipſi profitenti, & reliquis aſtantibus ſignificare; prout vſu venerit opportunius.

Quo finito, Superior ſurgens, & genua flectens, ſolus clara voce intonabit Hymnum. *Veni Creator Spiritus &c.* quo, alternantibus Choris, finito, Superior dicat.

℣. *Emitte Spiritum tuum, & creabuntur.*
℟. *Et renouabis faciem terræ.*

Oremus.

ACtiones noſtras, quæſumus Domine, aſpirando præueni, & adiuuando proſequere: vt cuncta noſtra oratio, & operatio, à te ſemper incipiat, & per te cœpta finiatur. Per Chriſtum Dominum noſtrum. ℟. Amen.

Deinde Superior iterum ſedeat: moxq. Nouitius ante pedes eius genuflexus,

nuflexus, poſitis manibus ſuis inter manus ipſum ad profeſſionem admittentis, & recipientis, clara,& intelligibili voce dicat hæc verba; vel à Superiore primuùm dicta, ipſe eadem rectè, ac ordine repetat; vel etiam de ſcripto legat, prout ooportunius videbitur.

Forma Profeſsionis, in Ordine Fratrum Minorum ſolemniter emittendæ.

Ego Frater N.N. voueo,& promitto Deo Omnipotenti, Beatæ Mariæ ſemper Virgini, Beato Franciſco, & omnibus Sanctis,& tibi Pater, toto tempore vitæ meæ ſeruare Regulam Fratrum Minorum, per Dominum Papam Honorium confirmatam, viuendo in obedientia, ſine proprio, & in caſtitate.

Recipiens verò ad Profeſſionem, ei dicat.

Et ego ex parte Dei, ſi hæc obſeruaueris, promitto tibi vitam æternam. Amen.

Quibus dictis,ſtatim Cantores cantabunt in ſexto tono Pſalmum, *Ecce quàm bonum, & quàm iucundum &c.* Et interim Superior amouebit, & diſſuet à Nouitij Caputio probationis ſignum. Finito Pſalmo, Cantores canant ſequentem Verſiculum.

℣. *Confirma hoc* Deus *quod operatus es in nobis.*
℟. *A templo ſancto tuo, quod eſt in Ieruſalem.*

Deinde Sacerdos dicat ſequentes Orationes.

Oremus.

DEus, qui corda fidelium ſancti Spiritus illuſtratione docuiſti, da nobis in eodem Spiritu recta ſapere, & de eius ſemper conſolatione gaudere.

DEus,qui per coeternum Filium tuum cuncta creaſti; quiq. mundū peccatis inueteratum,per myſterium Incarnationis

eius

eius, renouare dignatus es: te ſupplices exoramus, vt ſuper hūc famulum tuum Fratrem noſtrū N. qui hodie in hoc ſancto templo tuo vanitatē mundi, & pompas Diaboli, per noſtræ ſeruitutis miniſterium, voto ſolemni abrenunciare decreuit: ita reſpicere digneris, vt ſpiritu mentis ſuæ renouatus, veterem hominē cum actibus ſuis exuere, & nouum, qui ſecundùm Deum creatus eſt, induere mereatur. Per eundē Chriſtum Dn̄m noſtrū. ℟. Amen.

Oremus.

DOmine Ieſu Chriſte, qui es via, ſine qua nemo vadit ad Patrem, quæſumus clementiā tuam, vt hunc famulum tuum à carnalibus deſiderijs abſtractum, per arctam, ac tutam regularis diſciplinæ viam deducas; & qui peccatores vocare dignatus es dicens; Venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati eſtis, & ego reficiam vos; præſta, vt hæc vox vocationis tuæ, ita in eo conualeſcat; quatenus onera peccatorum deponens, & quàm dulcis es, deguſtans, tua refectione ſuſtentari mereatur. Qui viuis, & regnas in ſæcula ſæculorum. ℟ Amen.

Oremus.

SAncte Spiritus, qui te Deum, ac Dominum mortalibus reuelare dignatus es, immenſam tuæ pietatis abundantiam ſuppliciter exoramus; vt ſicut vbi vis, ſpiras; ſic & huic famulo tuo fratri noſtro N. affectum piæ deuotionis inſpires: & qui tua ſapientia eſt conditus, tua quoque prouidentia gubernetur: quem etiam vnctio tua de omnibus doceat: & per interceſſionē Beatæ Virginis Mariæ, Sanctorum Apoſtolorum Petri & Pauli, Beati Patris noſtri Sancti Franciſci, ac Beati N. & omnium Sāctorum, fac eum à ſæculi vanitate ita veraciter conuerti, vt quod hodie te inſpirante inchoat, ſic iuſtè, piè, ac ſanctè per verā humilitatē, & obedientiam, fraterna charitate fundatus, te adiuuante perficiat, vt in ſancto Religionis propoſito iugiter perſeuerans, ad vitam perueniat ſempiternam. Qui cum Deo Patre, & Filio eius, Domino noſtro Ieſu Chriſto, viuis, & regnas Deus per omnia ſæcula ſæculornm. ℟. Amen.

Quibus

Quibus dictis, ſtatim Cantores intonabunt Hymnum, *Te Deum laudamus*: Et per Clauſtrum ordine procedentes, ad Eccleſiam reuertentur. Finito verò Hymno, Cantores ſequentes Verſus cantabunt.

℣. *Confirma hoc Deus, quod operatus es in nobis.*

℟. *A templo ſancto tuo, quod eſt in Ieruſalem.*

℣. *Poſt partum Virgo, inuiolata permanſiſti.*

℟. *Dei genitrix, intercede pro nobis.*

℣. *Ora pro nobis Beate Pater Franciſce.* ℟. *Vt digni efficiamur &c.*

Deinde Sacerdos dicat, ſiue cantet ſequentes Orationes.

Oremus.

ADſit nobis, quæſumus Domine virtus Spiritus ſancti: quæ & corda noſtra clementer expurget, & ab omnibus tueatur aduerſis.

COncede nos famulos tuos, quæſumus Domine Deus, perpetua mentis, & corporis ſanitate gaudere: & glorioſa Beatæ Mariæ ſemper Virginis interceſſione, à præſenti liberari triſtitia, & æterna perfrui lætitia.

DEus, qui Eccleſiam tuam, Beati Franciſci meritis, fœtu nouæ prolis amplificas, tribue nobis ex eius imitatione, terrena deſpicere, & cæleſtium donorum ſemper participatione gaudere. Per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum &c.

℣. *Dominus vobiſcum.*

℟. *Et cum ſpiritu tuo.*

Cantores:

℣. *Benedicamus Domino.*

℟. *Deo gratias.*

Poſtea Superior, & Profeſſum, & aſtantes benedicat; dicens.

Benedicat vos omnipotens Deus, Pater, & Filius, & Spiritus ſanctus. ℟. Amen.

Quibus peractis, memoria fiat in libro, ad hũc vſum ſpecialiter deputato; Profitentis nomine, cognomine, Patria, ætateq. diei quoque, menſis, & anni numero; in cuius item manibus, & quo loco præterea profeſſus eſt, ad Decretorum præſcriptum, diligenter annotatis: cui Profeſſus ipſe propria manu ſubſcribat. Tùm præterea primo quoque tempore Guardianus Prouincialem admoneat, ſi abſens fuerit, vt ſingula referantur in librum, vt ſuprà perpetuò ſeruandum.

FINIS.

SIC ERRATA CORRIGITO:

Priori numero pagina ſignatur, poſteriori linea.

Primo loco notantur errata, correcta ſecundo.

pag.	lin.		
13	4	*reuocatur*	*renouatur*
13	vlt.	*promouetur*	*promoueatur*
14	11	*interpellatione*	*interpollatione*
15	16	*balocitatione*	*ballotationes*
39	19	*ſupeſtitione*	*ſuperſtitione*
41	38	*tronſtrinas*	*tonſtrinas*
47	20	*accupationes*	*occupationes*
54	2	*confratriarum*	*confraternitatum*
64	18	*proria*	*propria*
75	33	*facuitas*	*facultas*
86	28	*arbitrior*	*arbitrio*
87	14	*priuatus*	*priuetur*
94	17	*ſungatur*	*fungatur*
95	21	*renuntiare*	*pronunciare*
95	38	*ſequentes*	*ſolitas*
120	25	*Ceneralis*	*Generalis*
122	vlt.	*ſpecialitate*	*æqualitate*
158	15	*clatbra*	*crata*
158	26	*clasris*	*cratis.*
127	28	*ptimus*	*primus*
162	20	*permittant*	*permittat*
168	11	*confiteamur*	*confiteantur*
132	32	*alias*	*alius*
171	5	*balloctationem*	*ballotationem*
172	28	*irinere*	*itinere*
172	34	*præſentient*	*præſentent*
174	1	*Guardiani*	*Guardianus*
82	38	*cauſatus*	*dicens*
47	26	*d Quadrageſimam*	*ad Quadrageſimam*
55	21	*Prouincialibus*	*Procuratoribus*
57	vlt.	*quæ*	*quas*
110	38	*Confeſſarijs*	*Ceroferarijs*
128	14	*perferre*	*proferre*
130	19	*toto dies*	*tres dies*
145	6	*alios iuſtitia*	*alios in iuſtitia*
175	7	*Gubernator, Protector*	*Gubernator, Protector, & Corrector.*

INDEX

Capitulorum, & Sectionum.

Epiſtola Reuerendiſsimi Patris Miniſtri Generalis totius Ordinis Sancti Franciſci. pag. 3
Tabula Congregationis Generalis. 6
Ordinationes ſactæ in Congregatione Generali. 12
Supplicatio facta S. D. N. Vrbano Octauo per Definitorium Generale. 15

Caput primum Regulæ.

§. 1 De obedientia, & reuerentia S. Romano Pontifici, Prælatis Eccleſiæ, & Superioribus Ordinis debitis. 18

Caput Secundum.

§. 1 De ſæcularibus ad probationis habitum admittendis. 19
2 De ijs qui pro laicis recipiendi ſunt. 22
3 De Conuentibus ad educandos Nouitios eligendis. 23
4 De Nouitiorum Magiſtris. 25
5 De Nouitijs ad profeſsionem admittendis. 26
6 De iuuenibus profeſsis. 28
7 De Clericorum Seminario. 29
8 De Clericis ad Ordinationes mittendis. 31
9 De Apoſtatis. 33
10 De Veſtimentis. 38
11 De Tonſura. 41

Caput Tertium.

§. 1 De Diuino Officio. 42
2 De diſciplina Chori, & canendi, ac pſallendi ordine. 44

3 De

3 De ſacris ritibus, cæremonijs, aliiſque ad Diuina Officia ſpectan- 45
tibus. 45
4 De Silentio. 46
5 De Ieiunio. 48
6 De Euagatione tollenda. 49
7 De Fratribus Romam confluentibus. 50
8 De non equitando.

Caput Quartum. 51

§. 1 DE non recipiendis pecunijs. 51
2 Quomodo cum Prouincialibus agendum ſit. 55

Caput Quintum. 56

§. 1 DE laboritio, eiuſque mercede. 57
2 De laboritijs ad honeſtatem pertinentibus. 57
3 De Oratione. 58
4 De Studijs. 59
5 De Lectoribus Iubilatis. 61

Caput Sextum. 62

§. 1 DE omnimoda rerum abdicatione. 62
2 De domibus, & pratis non locandis. 66
3 De depoſitis non recipiendis. 67
4 De computis ſingulis menſibus reddendis. 67
5 De legatis, & capellanijs. 68
6 De locis, & fabricis. 70
7 De charitate hoſpitibus, & infirmis exhibenda. 71

Caput Septimum. 73

§. 1 DE ſacra peccatorum Confeſſione. 73
2 De Caſibus reſeruatis. 75
3 Tabella caſuum qui Generali, aut Prouincialibus reſeruantur. 76

4 De

4 De Abſolutione in genere. 77
5 Abſolutio ob cap. ſi quis ſuadente. 78
6 De correctione, & pœnis. 78
7 De appellatione. 91

Caput Octauum. 92

§. 1 Officiales Ordinis. 92
2 Electiones in genere. 93
3 Diſquiſitores. 93
4 Electionis modus. 94
5 Qualitates promouendorum. 96
6 Capitulum Generale quo loco, & tempore celebrandum. 97
7 Agenda ante Capitulum Generale. 98
8 Vocandi ad Capitulum Generale. 99
9 Cuſtodes quales, & quomodo eligendi. 99
10 Expenſæ pro euntibus ad Capitulum Generale. 101
11 Agenda in Capitulo Generalis. 101
12 Forma abſolutionis in omnibus Capitulis ante electionem dandæ. pag. 103
13 Habentes votum in electionibus omnibus Capitulis Generalis, vel Prouincialis. 105
14 Generalis Miniſtri qualitates officium, & poteſtas. 107
15 Comitatus Generalis Miniſtri. 109
16 Generalis Miniſter quomodo recipiendus. 110
17 Generalis Miniſter officio functus. 112
18 Si Generalis Miniſter in ſua Familia moriatur. 112
19 Si Generelis Miniſter in altera Familia moriatur. 113
20 Præſtanda Vicario Generali. 214
21 De Commiſſario Generali. 115
22 Commiſſarij Generalis officium, & poteſtas. 116
23 De Congregatione Generali. 177
24 De Definitoribus Generalibus. 118
25 Agenda poſt electiones. 120
26 Definitoria Generalia. 122
27 Tractanda in Definitorijs Generatibus. 122
28 Procurator Ordinis, & Commiſſarius Curiæ Romanæ. 123
29 Prouinciæ Ciſmontanæ, & Vltramontanæ Familiæ. 125
30 Quo ordine in Generali Capitulo ſedendum. 127

31 Prouincialia Capitula quo tempore, & loco, & à quibus celebranda. 128
32 Prouincialium qualitates. 129
33 Custodes, & Definitores Prouinciæ. 130
34 Agenda poſt electiones in Definitorio. 131
35 Guardiani quales eſſe debent. 133
36 Vicarij, & Prædicatores Conuentuum. 134
37 Congregatio Capitularis. 135
38 Prouincialium Miniſtrorum officium, & poteſtas. 135
39 Miniſtri Prouinciales officio functi. 137
40 Prouincialis Miniſtro ab hac vita decedente. 138
41 Reſidentia. 139
42 Tituli, & præcedentia. 139
43 Tabella Patrum, & Suffragiorum. 141
44 Commiſſarij Viſitatores. 142

Caput Nonum. 146

§. 1 DE Prædicatoribus. 146
2 Eleemoſynæ prædicatoribus oblatæ, ac Prædicatores in ſuo munere peccantes. 147

Caput Decimum. 149

§. 1 FRatrum admonitio, & correctio. 148

Caput Vndecimum. 152

§. 1 SVſpecta conſortia. 152
2 In Monialium Monaſteria acceſſus. 154
3 Ad Monialium Monaſteria ingreſſus. 155
4 E Monialium Monaſterijs egreſſus. 156
5 Officiales, & ſeruitores Monaſterij. 159
6 Bona Monaſteriorum. 159
7 Monialium numerus præſcribendus. 160
8 Monaſterij præfectæ officium. 161
9 Monialium obedientia. 162

10 Mo-

10 Monialium paupertas. 163
11 Monialium honeſtas. 164
12 Monialium Capitulum. 165
13 Monialium menſa. 165
14 Monialium Diuinum Officium, & Oratio. 166
15 Monialium Confeſſio, & Communio. 166
16 Monialium Confeſſarij, & Socij. 167
17 Communis Monialium locus pro laboribus, veſtibus, & cubitu. pag. 168
18 Puellæ ad Religionem recipiendæ. 169
19 Nouitiæ ad Profeſſionem admittendæ. 170

Caput Duodecimum. 171

§. 1 De euntibus inter Saccacenos. 171
2 Protector Ordinis. 175
3 Conſeruatores eligendi. 176
4 Archiuia. 177
5 Statutorum obſeruatio. 178

INDEX

Rerum præcipuarum, quæ in his Statutis continentur.

A

Abbatiſſa.

ABBATISSAE ætas. pag. 161
Ex alio monaſterio quando eligi poſsit. ibidem.
Abbatiſſæ electio ſecreta. ibid.
Abbatiſſæ Sorores cum illa officia non habeant. ibid.
Abbatiſſæ quantum in officio ſtare, & quantum vacare debeat. 162
Abbatiſſæ officium, & cura. ibid.
Abbatiſſæ obediant aliæ Moniales. ibidem.

Abiurantes.

Abiurantium in ſancto officio pœna. 89

Abſolutio. Abſoluere.

Abſoluens à caſibus reſeruatis quomodo puniendus. 75
Non abſoluendi niſi præuia ſatiſfactione aliquem contra iuſtitiã offendentes. ibid.
Abſolutio in foro interiori interium forum non impedit. ibid.
Abſoluendi facultas durat donec reuocetur. ibid.
Ampliſsima abſoluendi facultas Ordini conceſſa. 77
Abſoluere ab excommunicatione ob violentam manuum iniectionem, quomodo poſſunt Guardiani. 78

Accuſatio, & Accuſator.

Accuſator quis dicatur. 150
Accuſantis, & non probantis pœna. ibid.
Accuſantium, & teſtium nomina non reuelanda. 151
Accuſatoris, & teſtium nomina quando reuelanda. 84
Accuſans de alias falſis iudicatis, qua pœna mulctandus. 150

Actus legitimi.

Actuum legitimorũ priuatio, quid importet. 78

Alchimia.

Alchimia prohibita. 57

Alienare.

Alienationis Inſtrumenta non facienda. 69

Apices Iuris.

Ad Apices Iuris nõ tenentur Prælati, ſed tãtum ad eſſentialia. 83.

Apoſtata.

Apoſtata, quis dicatur. 33
Apoſtatæ excommunicati. ibid.

Apoſtatæ publicè decunciandi, & in libro deſcribendi. ibid.
Apoſtaſia leuis, leuioris, & leuiſſimæ, grauis, grauioris, & grauiſſima pœna. 34. & 35
Dimittentis habitum in apoſtaſia pœna. 35
De Apoſtatis fiat proceſſus. 36
Generalis, & officiales Curiæ, de Apoſtatis monendi. 37
Qui Apoſtatas ad proprias Prouincias non dimiſerint puniendi. ibid.
Apoſtatarum exceſſus, à ſuis Ordinarijs puniendi, niſi Generalis decernat. ibid.
Apoſtatæ quomodo abſoluendi. ibid.
Qui facultatem habeant in Apoſtatas. ibid.
Apoſtatæ nonniſi poſt decennium ad officia promoueri poſsint. 38
Apoſtatarum pœnas quis, & quomodo moderari poſsit. ibid.
Deputantur Patres ad executionem Bullæ de Apoſtatis. 14
Reus adiens Superiorem ante ſententiã vt Apoſtata puniatur 91

Appellatio. Appellare.

Appellatio quando admittenda. 91
Appellationis ordo. ibid.
Appellanti acta cõcedantur, & litteræ obedientiales. ibid.
Appellans debite ſubleuandus, indebite puniendus. ibid.
De appellatione non decernat Superior actis non viſis, niſi intra triginta dies nõ concedantur. 92
Appellationis cauſæ quibus committendæ. ibid.
Appellationis ordinem violans, qua ratione puniendus. ibid.
A correctionibus regularibus non appelletur. 151

Appropriare.

Appropriare locum, & cellam quid ſit. 63

Arbores.

Arbores incidentium, pœna. 66
Arbores ad Clauſura monaſterij monialium parietes adhærentes euellantur. 158

Archiuia.

Archiuia erigenda in qualibet Prouincia. 177
Quid in illis ſeruandum. ibid.

Aromatarij.

Aromatarij nihil vendant. 66

Arctatio.

Arctatio quid ſit, & quamdiu duret. 80

B

Biretum.

Biretum nemo deferat. 42

C

Cæremoniale.

Cæremoniale Ordinis obſeruetur. 45

Calceamentum.

Calceamentorum vſum quis, & quando concedere poſsit. 41

Calumniator.

Calumniatores infames. 82

Cantus.

Cantus figuratus in Choro prohibetur. 45

Capitulum.

Capituli Generalis locus, & tempus

pus à Generali indicentur. 97
Singulis ſexennijs Capitulum Generale celebretur. ibid.
Capituli Generalis locum non tẽpus mutare poteſt Miniſter Generalis. ibid.
Capitulum defectu vocalium, vel etiam ipſius Generalis non retardandum. ibid.
Capitulo Generali in abſentia Generalis præſit antiquior Ordinis diſcretus, niſi fuerit deſignatus præſes à Generali. ibid.
Nil innouetur in Prouincijs tempore Generalis Capituli. ibid.
Capitulum Generale per Generalem indicendum. 98
Ante Capitulum Generale preces publicæ vbique faciendæ. ibid.
Ad Capitulum Generale vocandi ſunt Ordinis diſcreti Prouinciales, Miniſtri, & Cuſtodes cuſtodum. 99
Impedito Prouinciali, ne ad Capitulũ Generale venire poſſit, mittendus Commiſſarius, & quis? ibid.
Cuſtode ad Capitulum Generale non accedente alius à deffinitorio eligendus. ibid.
Cuſtos qui ad Capitulum Generale accedere non poteſt, amplius nõ eſt Cuſtos. ibid.
Expenſæ pro vocalibus Capituli Generalis à Prouincijs faciendæ. 101
In Capitulo Generali cauſarum auditores deputandi. 102
Modus formãdi proceſſus ad Capitulum Generale per Cuſtodem deferendos. 100
Oratio quadraginta horarum inſtituatur tempore Capituli Generalis. 102
Capitulo coacto nullus exeat niſi electione facta. 103
Abſolutio in Capitulis danda, & qua forma. ibid.
In Capitulo Generali diſquiſitores ex vtraque familia deligẽdi. 104
Ante Capitulum Generalis Miniſter, & Commiſſarius officijs renuncient. 105
Capitula Prouincialia quando celebranda. 128
Locum Capituli prouincialis quis deſignare debet, et quomodo. ibid.
In Capitulo Prouinciali examinatores deputandi. 132
In Capitulo inuentaria recognoſcantur. ibid.

Caputium.

Caputij longitudo, & latitudo. 39
Caputium ab habitu diſſutum non feratur. 40

Capellania.

Capellaniæ non acceptandæ. 69

Carcer.

Carceris pœna quid? 78
Indebitè carcerãs fratrem eſt excommunicatus, & actibus legitimi priuatus. 79
Carceres quælibet Prouincia habeat. ibid.
Ad perpetuos carceres damnati, quomodo tractandi. ibid.
Alium è carcere liberans carcerandus. ibid.
Carcerati diſciplinam faciant, & ieiunent. 80

Carceratorum habitus. ibid.
Ad carceres perpetuo dānati perpetuo inhabiles. 89

Caſus reſeruati.

A caſibus reſeruatis nullus inferior abſoluere poteſt, ſine facultate Superiorum. 75
Qui caſuum reſeruationem impugnauerit, quomodo puniendus. ibid.
Pro reſeruatis occultis Confeſſarij inſtituendi. ibid.
Pro caſibus reſeruatis notorijs ad Miniſtros recurrendum. 75
Caſuum reſeruatorum tabula conficienda, & publicanda. ibid.
Caſuum reſeruatorum tabula. 76

Cella.

Cellas Guardiani viſitent ſingulis menſibus. 65
In cellas aliorum iuuenes non intrent, nec item alij in cellas iuuenum. 153
In cellam nullus iuuenes ſaculares admittat. ibid.

Chorus.

In Choro quomodo agendum, & manendum. 44
Chori Vicarius inſtituendus. ibid.
In choro ſilentium ſeruetur. ibid.
E choro quomodo diſcedendum. 45

Clauis.

Clauem cellæ, vel arcæ ſecum ferre proprietas. 62

Clauſura.

Clauſuræ nomine quid intelligatur. 157
Egredi è clauſura Monialibus, etiam Nouitijs interdicitur. 156
Super clauſura Superiores inuigilent. 157
Arbores ad clauſuræ parietes adhærentes, euellantur. 158
Clauſuræ oſtia penitus occludenda. ibid.

Commiſſarius.

Commiſſarij viſitatores Prouinciarum Regni Poloniæ, nec illorum Secretarij, aut Socij ad vllam dignitatem earum Prouinciarum promoueantur. 13
Commiſſarius Generalis ex altera familia eligendus. 115
Commiſſarij Generalis officium triennale, quando à Generali poſſit inſtitui. ibid.
Eius authoritas, qualis, & quando à Generali poſſit reſtringi. ibid.
Commiſſarij Generalis Socij. 117
Commiſſarij Generalis exacto officio, quale votum, & priuilegia. pag. 106
Commiſſario Generali moriente, quomodo ſucceſſor ſubrogandus. pag. 117
Commiſſarius Curiæ Romanæ, *ſoli Miniſtro, aut etiam Commiſſario Generali ſubijcitur.* 123
Sine eius conſenſu negotia familiam ſuam concernentia in Curia Romana non expēdienda. 124
Forenſes ad ſuas tantum Prouincias, vel etiam ad Romanam tranſmittat. ibid.
In regimine pecuniarum non ſe intromittat. ibid.
Vel procuret totum Ordinem cōcernens, ſine mandato Generalis. ibid.

Prouinciæ contribuant expenſas pro negotiorum expeditione ab ipſo procuranda. ibid.
Vacāte eius officio Generalis prouideat. 125
Commiſſariorum delegandorum qualitates. 142
Commiſſarij viſitatores, ante Capitula Prouincialia deſtinandi. pag. 143
Prouinciali locum aſſignent. ibid.
Duos habeant ſocios. ibid.
Intra tres menſes viſitationem abſoluant. ibid.
Quid in moribus cauere debeant. ibid.
Viſitationem quomodo inſtituant. pag. 144
Poſt viſitationem quid agere debeant. 145
Nil innouent in Prouincijs. ibid.
Extra Prouincias ſibi commiſſas non mittant. ibid.
In patres Ordinis,et Prouinciæ notabiliter non animaduertant. ibi.
Ad profeſſionem,& nouitiatum non recipiant. ibid.
Votum in electionibus non habeant. 146
Vltra viginti dies poſt Capitulum non morentur. ibid.
Commiſſarij Generalis Indiarum votum. 106
Commiſſarius Generalis à ſolo Generali inſtitutus, non eſt Pater Ordinis. 109

Communitas.

Communitas in cibis ſeruanda. 47
Communitatem Superiores in omnibus ſeruent, ſub pœna inhabilitatis ad officia. 63
Communitas veſtiū inſtituenda. 64

Commutationes.

Commutationes, & venditiones rerum, quæ pro fratribus conceduntur nomine dantium, aut E. R. faciendæ. 55

Computus.

Computus iuridicus cum ſindicis, interdictus. 56
Computus eleemoſynarum receptarū à Superioribus localibus ſingulis menſibus reddendus. 67

Congregatio.

Congregatio Capitularis quoties habenda. 135
Congregationis indictio. ibid.
Non celebretur inconſulto Generali. ibid.
Congregatio pro ſindicatu Generalis,& Commiſſarij Generalis antee Capitulum Generale facienda. 102
Qui votum habent in hac Congregatione. ibid.

Conditiones.

Conditiones ad habitum recipiendorum. 19

Confeſſarius, & Confeſſio.

Confeſſarijs B. M. Angelorum apud Aſſiſium in feſto portiunculæ, facultas Pœnitentiariorum Romæ *conceditur.* 15
Confiteri,& communicare, quo tēpore clerici,& laici debent. 59
Confeſſiones fratrum audire nulli licet ſine facultate. 73
Qui confeſſiones fratrum audituri ſunt debent prius examinari. ibid.

Fra-

Fratres bis in hebdomada confiteantur. ibid.
Confiteri extra Ordinem prohibetur. ibid.
Itinerantes quibus confiteri debent. 74
Confeſſiones iuuenum in cellis non audiendæ. ibid.
Confeſſarius pecunias recipiẽs quomodo puniendus. ibid.
Confeſſariorum ætas. ibid.
Procurans per fauores inſtitui Confeſſarius, qua pœna puniendus. ibid.
Confeſſarij Monialium ætas, & qualitates. 167
Eius inſtitutio in Capitulo fiat. ibid.
Quales Socios habere debet. ibid.
Nil à monialibus accipiat. ibid.
Neminem ad colloquendnm cum Monialibus, ſine licentia ducat. ibid.
Biennium duret. ibid.
Guardiano ſubiaceat. ibid.
Definitor actualis, aut Secretarius Prouinciæ, non poſſunt eſſe Confeſſarij Monialium. ibid.
Confeſſarius extraordinarius quoties Monialibus concedendus. pag. 168
Ad illum omnes Moniales accedant. ibid.
Tẽpore quo Confeſſarius extraordinarius datur ad Monaſteriũ non accedat. ibid.
Confeſſarij mulierum videantur à Socijs. 153

Conſeruator.

Conſeruatores eligantur. 176
Deputationis Conſeruatoris formula. ibid.

Conſtitutiones.

Nulla Conſtitutiones Generales in poſterum fiant pro familia Ciſmontana. 15

Conſortium.

Conſortium quod prohibetur. 152
De ſuſpecto Conſortio conuictus qua pœna puniendus. 80
Suſpecti conſortij indicia. 152
Suſpecti conſortij reus, quomodo puniendus. ibid.

Conſpirator.

Conſpiratorum pœna. 86

Contagioſus.

Contagioſa infirmitate laborantes ad habitum inhabiles. 20

Conuentus.

Conuentus deputati pro ſtudijs generalibus in Ordine ad Iubilationem. 13
Conuentus pro educandis Nouitijs. 23
Ad Conuentum prius accedant Fratres, antequam in Ciuitate negotientur. 49
Conuentus nec recipiendi, nec relinquendi ſine licentia. 70
Conuentus in quo Fratres ſuſtentari non poſſunt, non acceptandi, ibid.
Conuentum ædificandi, licentia non danda, niſi conſtet de idoneitate loci. ibid.
In Conuentu nil de nouo ædificãdnm, aut deſtruendum ſine licentia, ibid.
Conuentus Ieruſalẽ familia ſingulis triennijs deſtinanda, 171

Cri-

Crimen. Criminoſus.
Criminoſus ſpontanea confeſsione accuſationem præueniens, quomodo tractandus? 77
De crimine innominabili cōuictus, qua pœna mulctandus. 80
Conuictus de occulto crimine, occultè puniendus. 83
Condemnari non poteſt de aliquo crimine Frater inauditus, vel non confeſſus, aut non conuictus. ibidem.

Culpa.
Culpæ ſtatis diebus pro more cuiuſque Prouinciæ dicendæ. 59

Cuſtos.
Cuſtode ad Capitulum Generale non accedente alius à Definitorio eligendus. 99
Cuſtos ad Capitulum Generale non accedens amplius non eſt Cuſtos. ibidem.
Cuſtodes qales, & quando eligendi. ibidem.
Cuſtodes quid teneantur deferre ad Capitulum Generale. 100
Cuſtodes exactis officijs, ſunt Patres ſuæ Prouinciæ. ibid.
Cuſtodes nonniſi poſt ſexennium reeligendi. ibid.
Cuſtodes à ſolo Definitorio electi, quibus gaudent. 101
Cuſtodes ex aliena Prouincia non eligendi. ibid.
Cuſtos in Definitorem eligi immediate non poteſt ſi biennio ſtetit in officio. ibid.
Cuſtodes quale, & in quibus votum habeant. 107

D

Debita.
Debita per Syndicos ſoluenda. pag. 56
Debita contrahere vetitum. 64
Debita contrahentium pœnæ. 89

Definitores. Definitorium.
Sine Definitorio cauſas iudicare Prouinciali illicitum. 82
Definitorum Generalium votum. pag. 106
Definitorum Prouincialium votum. 107
Definitores quot in Capitulis, & Congregationibus eligendi. 118
Definitores Generales duo ex Reformatis eligendi in Familia Ciſmontana. 118
Definitor vnus in Cōgregatione Generali eligēdus èx quatuor Prouincijs Galliæ. ibid.
Definitorum Generalium qualitates, & munus. 119
In Definitores Generales eligi poſſunt qui nō ſunt de corpore Capituli, ſi ſunt præſentes. ibid.
Definitores ex antiquitate præcedunt. ibid.
Definitor Guardianus eſſe non poteſt. ibid.
Definitore Generali abſente, vel moriente, alter ſubrogetur. ibid.
Definitorum officium quantum durat. 120
Definitorum Generalium priuilegia. ibid.
Definitoria Generalia duo in Capitulis Generalibus. 122

In

In ijs præſideat Generalis. ibid.
In Definitorijs Generalibus Prouinciales ſuis officijs renuncient. ibidem.
Ad Definitoria Generalia quid agendum pertinet. 122. & 123
Definitorum prouincialium officium, & numerus. 130
Definitorum ſubrogatio qualiter, & quando facienda. ibid.
Abſque Definitorio Prouincialis ſententiare non poteſt. 131
Definitorum ætas, & conditiones. ibidem.
Definitorum officium quanto tempore duret. ibid.
Duo Definitores ex eadem agnatione, eligi non poſſunt. ibid.
Definitores ad quæ vocandi. 130
Definitorium in Capitulo Prouinciali fiat. 131
In Definitorio Guardiani per vota ſecreta eligendi. 132

Defuncti.

Defunctorum tabella conficienda. pag. 141
Pro Defunctis Prælatis, & Fratribus, quæ ſuffragia facienda. pag. 142

Delicta.

Delictum enorme quale. 79

Denarij.

Denariorum, & pecuniæ receptio delatio, & contrectatio prohibentur, & puniuntur. 52
Denarij inter concionandum, aut in plateis, vel vicis non petendi. pag. 54

Depoſita.

Depoſita non recipienda niſi adeſſet ſcandalum. 67

Diſciplina.

Diſciplina ſtatutis diebus ſecundum conſuetudinem cuiuſque Prouinciæ facienda. 59

Diſcretorium.

Diſcretoria duo in Capitulo Generali inſtituenda. 120
In his Præſes quid proponere debeat. Ibid.
Probata in Diſcretorijs Definitorio proponenda. 121
Diſcretorium Prouinciale in Capitulo Prouinciali fiat. 131

Diſquiſitores.

Diſquiſitores pro electionibus, quot eſſe debent. 93
Diſquiſitores in Capitulo Generali proponēdi à Miniſtro Generali.
In Prouinciali verò à Præſide Capituli. ibid.
Diſquiſitores ad ſecretum tenentur. 94
Diſquiſitores vbi ſedere debēt. ibid.

Domus.

Domus non locandæ. 66

E

Electio.

Electiones in Definiotorio per vota ſecreta, & ballocitationes fiant. 15
Electio canonica debet eſſe ſecreta, & à maiori parte. 93
Electio per ſchedulas fiat. 94
In Electionibus ſchedulæ quomodo viſitandæ. ibid.
Electio facta ſtatim publicanda. pag. 94

Ele-

Electio intra diem non facta ad Superiorem deuoluitur. 95
Electio Generalis infra diem non facta ad Papam deuoluitur. ibid.
Electio indigni nulla eſt. ibid.
Electionis publicandæ forma. ibid.
Electio omnis, præterquam Generalis confirmanda. 96
Electio arctari non poteſt. ibid.
Die Electionis Generalis omnes Sacerdotes celebrent, & alij communicent. 102
Electionis à Monialibus faciendæ ſuffragia extra clauſuram recipiantur. 161
Electio Abbatiſſæ ſit ſecreta, & non per ſchedulas. 161
Quæ Moniales in electionibus votum habeant. ibid.

Eleemoſyna.

Eleemoſynarum receptarum computus reddendus ſingulis menſibus. 67
Eleemoſynarum fraudatores, quomodo puniendi. ibid.

Equitare.

Equitantium pœna. 50
Equitare quibus conceſſum. ibid.
Superiores, vt equitare poſſint. ibid.
Contra equitantes inquirant Viſitatores. 51

Excommunicare. Excommunicatio.

Excommunicare qui poſſint. 82
Excommunicare pro deperditis qui valeant. ibid.
Excommunicatio in ſcriptis ferenda. iaid.

F

Falſificatio. Falſum.

FAlſificatores litterarum, aut ſigillorum, quibus pœnis ſubiaceant. 88
Falſumm in Iudicio deponentis reuocantis pœna. ibid.

Forenſes.

Forenſes, & extranei vltra triduũ non retinendi. 12
Forenſes negotia non tractent ſine conſenſu Superioris localis. 49

Fornicatio.

De fornicatione conuictus qua pœna plectendus. 80

G

Guardianus.

GVardiani extra ſuos limites non mittant Fratres. 36
Guardiani quãdo ſubditos ad Prouinciales mittere poſſint. 48
Guardiani cellas viſitent ſingulis menſibus. 65
Guardiani curioſa, & vana non permittant Fratribus. ibid.
Guardianus notorie delinquentes in cuſtodiam conijciat. 79
Guardiani dum abeſſe debent Vicarios inſtituant. 131
Guardiani in Capitulis ſuis officijs renuncient. 131
Guardiani eligantur in definitorio per vota ſecreta proponẽte Præſide, aut Prouinciali. 132
Guardianorum qualitates, ætas, du-

duratio, vocatio, & translatio. pag. 133
Guardiani quæ habere tenentur in Conuentibus. ibid.
Eadem tenentur Præſidentibus conſignare dum accedunt ad Capitulum. ibid.
Guardianus Ierosolymitanus qualis eſſe debeat. 171
Suam Familiam ad Terram ſanctam ducat, & reducat. 173
Omnia cum conſilio Diſcretorum agat. 174
Guardianus Terræ ſanctæ non diſcedat ante ſucceſſoris aduentum à quo viſitandus eſt. 175
Guardiani Ieroſolymitani priuilegia. ibid.

Generalis.

Generali electo, obedientia in Eccleſia præſtanda. 105
Generales emeriti in quibus votum habeant. 106. & 112
Generalis Miniſter qualis eſſe debeat. 107
Eius authoritas quanta. 108
Ad eum ſpectat Vicarium Generalem in ſua Familia inſtituere. Item Procuratorem, & Commiſſarium Curiæ, Commiſſarium Indiarum, & Guardianus Ieruſalem, & Conſtantinopolis. 108
Ad eumdem pertinet Congregationem Generalem conuocare, & in eadem præſidere. ibid.
Generalis per ſe, aut per ſuos Commiſſarios totum Ordinem viſitet. 109
Generalis authoritas in diſpenſatione Statutorum Generalium limitatur. ibid.
Generalis electiones inchoatas non poteſt ſuſpendere. ibid.
Non mittat præſides ad Congregationes intermedias, niſi, &c. ibidem.
Duos Secretarios, & duos Socios habeat. ibid.
Generalem Prouincialis excipiat. pag. 110
Generalis quomodo excipieendus. pag. 111
Generalis officio functus Conuentum ſibi eligere poteſt. 112
Generali decedente Secretariorum munus. 113
Generali mortuo, quomodo eligendus Ordinis Vicarius. ibid.
Generali ad dignitatem extra Ordinem promoto, quomodo eligendus Generalis. 114
Sedendi ordo in Generali Capitulo. 127

Gratiæ.

Gratiæ ſubreptitiæ examinandæ, & ſuſpendendæ donec moneatur Superior. 90

H

Habitus.

HAbitus quantitas. 39
Sine habitu dormientis, punitio. 40

Homicidæ.

Homicidarum pœna. 86

Hoſti.

Hoſti non locandi. 66

Ho-

Hoſpites.

Hoſpites litteras obedientiales Superiori locali oſtendant. 37

Ho'pites quomodo recipiendi. 71

Pro hoſpitibus manſiones deputandæ. ibid.

I

Ieiunium.

IN Ieiunijs oua, & lacticinia prohibita. 47

Ieiunantibus neceſſaria Superiores prouideant. ibid.

Benedictam ieiunantes à Superioribus prouidendi. ibid.

Ieiunij fractores puniantur. ibid.

Illegitimus.

Illegitimi ad officia inhabiles, niſi fuerint diſpenſati. 96

Improperans.

Improperantium, & conuiciantium pœnæ. 85

Incorporatio.

Incorporationis in aliena prouincia modus. 38

Infamatus. Infamia.

Infamatorum pœnæ. 88

Infamia laborantium, quæ pœnæ. pag. 89

De non infamato, non inquirendum. 83 & 150

Infirmis. Infirmariæ.

Infirmariæ inſtituantur. 71

Infirmi à Superioribus viſitandi. pag. 72

Infirmi Sacramenta recipiant. ibid.

Infirmariæ curatus deputãdus. ibid.

Infirmi non recedant ab Infirmaria niſi iuſſu Medici. ibid.

Infirmi ſoli in Infirmarijs recipiantur. ibid.

Deputata pro infirmis, alijs non dentur. ibid.

Inhabilis.

Inhabiles ad Religionẽ qui ſint. 20

Iniurius.

Iniurius in Superiores quomodo puniendus. 18

Inobedientes.

Inobedientium Generalibus, Prouincialibus, & Guardianis, pœna. 18. & 81

Inquiſitio.

Inquiſitiones pro recipiendis ad habitum, quomodo, & à quibus faciendæ. 19

Iudices ſæculares.

Ad Iudices ſæculares, & tribunalia ſæcularia recurrentes, aut appellantes, qua pœna mulctandi. 87

L

Labor. Laborare.

LAboribus Fratres occupentur. pag. 57

Laborare non tenentur ſtudijs, choro, & orationis addicti. ibid.

Laboris merces Syndico aſſignanda ibidem.

Laboris merces Fratris laborantis neceſſitatibus applicanda. ibid.

Labores qui vetiti. ibid.

Laici.

Laici quà lege recipiendi. 22

Aetas neceſſaria pro laicis recipiendis. ibid.

Laici ad Clericatum quomodo trã-

ſire poſſint. ibid.
Laicorum ad Clericatum male promotorum pœnæ. ibid.

Lector. Lectio.

Lectores deſtinati ad legendum in Studijs Generalibus in ordine ad Iubilationem per ſexennium alibi legiſſe debent. 13
In Studijs Generalibus lectioni caſuum conſcientiæ ſemel in hebdomada Fratres conueniant. 14
Lectores Theologiæ per ſexennium inter eos qui fuere definitores numerentur. ibid.
Lectores doctrinã Scoti tradãt. 60
Lectores Philoſophiæ triẽnio, Theologiæ quadriennio doceant. ibid.
Lector non inſtituatur qui publicè concluſiones generales non impugnauerit. 61
Lectores bis in menſe vacare poſſunt. ibid.
Lectores Iubilati quanto tempore, & vbi docere debent. ibid.
Lectores Iubilati duo tantum pro vnoquoque ſtudio generali in ſingulis Prouincijs. 62
Lectorum Iubilatorum priuilegia. ibidem.

Legatum.

Legata non procuranda, & procurantium pœnæ. 68
Legata perpetua quomodo renuncianda. ibid.
Renunciationis legati perpetui formula. ibid.
Legati perpetui renunciatio, in quorum manibus facienda. 69
Ad exigenda legata nullus Frater Procurator inſtituatur. ibid.

Libellus famoſus.

Libellum famoſum qui compoſuerit, aut publicauerit, qua pœna mulctandus. 89

Libri.

De libris in bibliothecis prouideatur. 64
Librorum Inuentarium habeatur. ibidem.
Libri non alienandi. ibid.
Libri à bibliothecis non extrahantur. ibid.
Libri ſine Generalis licentia non imprimantur. 148
Libri decedentium, bibliothecæ Conuentus applicentur. 64

Licentia.

Licentia recipiendi ad habitum in ſcriptis detur. 20
Sine licentia è Conuentu non egrediendum. 48
Licentia accedendi ad Monaſteria oſtendatur. 154

Litteræ.

Litteras Superiorum retinẽtes, impedientes, & aperientes in quas pœnas incidant. 88

Luſores.

Luſores, qua pœna plectendi. 89

M

Mantellum.

Mantelli forma, & menſura. pag. 39

Matutinum.

Matutinum extra mediam noctem quando recitari poſſit. 43

Minantes.

Minantium pœna. 85

Miſſa.
Miſſa Conuentualis non omittatur. 43
Miſſæ extra Conuentum non celebrentur. 70
Miſſæ nonniſi pro numero Sacerdotum acceptentur. ibid.
Moniales, & Monaſterium.
Ad Monaſteria Monialium ſine licentia non accedatur. 154
In Monaſteria, & hoſpitia Monialium mulieres non introducantur. 153
Ad Monaſteria accedere quando liceat Superioribus. 154
Apud Moniales non licet comedere. ibid.
Nec illas alloqui ſine licentia etiam prædicationis, aut celebrationis intuitu. ibid.
In Monaſteria ſine licentia nullus ingrediatur, nec niſi in caſibus neceſſarijs, ſub pœna cenſurarum. 155
Ingreſſuri in Monaſteria probentur. ibid.
Ingreſſi in Monaſteria rectè pergant ad opus intentum comitati à Monialibus. ibid.
In Monaſterijs nec comedatur, nec dormiatur. ibid.
Opera Monialibus poſſibilia exteris non committantur. ibid.
Monialis in clauſuram introducentis pœna. 156
In Monaſterijs nil maſculini generis admittendum. ibid.
Confeſſarius Superpelliceo indutus ingrediatur. ibid.
Superiores ingrediantur ſocijs, ac monialibus comitati. ibid.
Egredi è clauſura monialibus interdictum. ibid.
Monaſteriorum parlatoria cratibus ferreis muniãtur. 158
In Monialium Monaſterijs feneſtrellæ pro Confeſſionibus, & Communione quales, & quantæ. ibid.
Turnis, & rotæ Monaſteriorũ quales. 159
Monaſterij officiales per Superiores approbandi. ibid.
Ianitricum Monaſterij conditiones. 158
Bona Monaſteriorum inuentarianda. 159
Acceſsio bonorum, Prouinciali intimanda. ibid.
Locationes immobilium ab eodem recognoſcenda, & ſine eius licentia non facienda. ibid.
Bona Monaſteriorum Superioribus inconſultis non applicanda. 160
Bona particularibus conceſſa Monaſterio incorporentur, & eius nomine exigantur. ibid.
Bonorum Monaſterij rationes reddantur à Præfectis, & Adminiſtratoribus. ibid.
Monialium numerus præſcribendus. ibid.
Quæ Moniales in electionibus votum habent. 161
Monialis contumacis pœna. 163
Monaſterij rebellis, & contumacis punitio. ibid.
Moniales communem vitam ſeruent. ibid.

Pe-

Pecunia à Moniaeibus quouis modo conquiſita in commune ærarium conferatur. ibid.
Pecuuia Monaſterij quomodo aſſeruanda. ibid.
Moniales nec vendant, nec emant, nec donent, aut donata recipiant, ſine Præfectæ licentia. pag. 164
Moniales cum externis non fabulentur. ibid.
Litteras nec ſcribant, nec recipiant ſine licentia. ibid.
A vanis abſtineant. ibid.
Libros minus honeſtos non legant. 165
Habitum non exuant. ibid.
Capitulis apud Moniales habendi forma. ibid.
Tempore refectionis ſileāt. ibid.
Ad Diuina Officia conueniant. pag. 166
Orationi vacent. ibid.
E Choro niſi dato ſigno non recedant. ibid.
Singulis menſibus confiteantur, & communicent. ibid.
Nonniſi Confeſſarijs deſtinatis confiteantur. ibid.
Nullus Monialium confeſſiones ſine licentia excipiat. 167
Moniali moribundæ, Confeſſarius extraordinarius concedatur. 168
Monaſterium victum, & veſtitum Confeſſarijs, & ſocijs adminiſtret. ibid.
Confeſſarius extraordinarius, quoties concedendus. ibid.
Communis laborum locus in Monaſterijs habeatur. ibid.
Laborum Magiſtra inſtituatur. ibidem.
In vanis conficiendis non laborent. ibid.
Laboris pretium in commune conferatur, & in libro ſpeciali deſcribatur. ibid.
In Monaſterijs commune veſtiarium habeatur. 169
Item communem dormitorium. ibidem.
Moniales ſimul non cubent. ibid.
In vna cella nonniſi tres lectuli ſternantur. ibid.
Puellæ in Monaſterijs ad habitum, quomodo recipi debeant. ibidem.
Moniales Nouitiæ ante decimum ſextum annum profeſſionem non emittant, nec niſi poſt examen Epiſcopi. 170
Ante profeſsionem confiteantur, & communicent. ibid.

Munera.

Munera dare prohibitum. 64
Qui Munera dat pro officijs, & gradibus & pro obtinenda ſenteutia, quas pœnas incurrat. 89

N

Nouitij. Nouitiatus.

Nouitijs proteſtatio facienda. 20
Nouitij in Eccleſia habitum ſuſcipiant. 21
Nouitij abſoluendi. ibid.
Nouitij nomen, patria, ætas, & dies

dies indutionis in Archiuio Cõuentus, & Prouinciæ deſcriſcribantur. ibid.
De Nouitijs ter in anno inquiratur. ibid.
Suffragia pro Nouitijs, quomodo danda. 21. & 26
Quot ſuffragia pro Nouitio ad profeſſionem admittẽdo requirantur. ibid.
A Ntuitijs nil recipiendũ. ibid.
Donata à Nouitijs, quomodo recipienda. 22
In locum Nouitiatus nullus extraneus admittatur. 23
In locum Nouitiatus Superior nonniſi aſſociatus ingrediatur. ibidem.
Nouitijs in cellas aliorum ingreſſus prohibitus. ibid.
Nouitiorum cellas, profeſſi non ingrediantur. 24
Nouitij extra Conuentum, vel ad alium Nonitiatum, quomodo mittendi. ibid.
Nouitij cum extraneis non loquantur. ibid.
Studijs non vacent. ibid.
Ad Ordines non mittantur, nec ſi fuerint Sacerdotes confeſſiones audiant. 25
Nouitiorum voluntas, ſuæ libertati relinquatur. ibid.
Magiſtri Nouitiorum à quo inſtituendi. ibid.
Eorum ætas, qualitates, & munus. ibid.
Qui tale officium recuſat, puniendus. 26
Qui bene eo fungitur, honorandus. ibid.
Nouitij ante profeſſionem expropriandi. ibid.
Ab illis nihil petendum. 27
Nouitiatus annus integer, et continuus ſit. ibid.
Nouitius ſemel expulſus non recipiatur. ibid.
Superiores pro Nouitijs prius non ſuffrageutur. ibid.
Neque libertatem ſuffragiorum impediant. ibid.
Requiſita in Nouitijs profiteri volentibus. ibid.
A puellis Nouitijs vltra victum & veſtitum Monaſteria nihil recipiant. 170
Nouitiæ qua ratione donationes facere poſſint. ibid.
Nouitiarum dos prius in depoſitum detur. ibid.
Nouitias ad profeſſionem recipiendi forma. 171

O

Obedientia.

Obedientiæ Superiorum inferioribus Prælatis oſtendantur. 36
Obedientiæ Generalium, quantum durent. ibid.
Obedientia pro Terra ſancta, cui oſtendenda, & quomodo exequenda. 172

Oblationes.

Oblationes pecuniariæ in Miſſis nouellis prohibitæ. 33

Officia Ordinis. Officiales.

Officialibus Curiæ Fratres Romam

mam venientes ſe præſentent, negocia ſua aperiant, illiſque obediant. 49
Sine Officialium Curiæ Romanæ licentia extra Conuentum non egrediantur forenſes, nec in ſuas Prouincias illis non monitis recedant. 50
Officiales Ordinis qui? 92
Officiales in Definitorio inſtituãtur communi conſilio, & conſenſu. 132
Officia Ordinis per fauorem ſæcularium procurantes, & illa concedentes, quas pœnas incurrant. 87
Ex maculato genere orti, illegitimi, & ex ſacrilegio procreati ad officia inhabiles. 96

Incuria Typographi exciderunt è manibus eius pœnæ priuationis officiorum Ordinis, & ideo duximus conſentaneum, eas hic annectere, ſunt autem iſtæ.

Ex ſtatutis officiorum Ordinis priuatio, eſt inhabilitatio, non ſolum ad omnia quæ includit priuatio actuum legitimorum, ſed etiam ad Confeſſionis, Prædicationis, Lectionis, Paternitatis, & Viſitationis munera obeunda, poterit tamen ſic priuatus ſacros Ordines recipere, ac ſacras eorum functiones exercere.

Officina.

Officinæ pannorum inſtituantur. pag. 40

Officium Diuinum.

Officium Diuinum iuxta rubricas Breuiarij recitandum. 42
Ad Officium in Choro omnes conueniant, maxime Superiores. ibid.
Officium paruum B. M. quando recitandum. 43
Quã hora Officij in Choro canendæ. ibid.
Officio in Choro non intereſſentium, pœna. ibid.

Oratio.

Orationis mentalis tempus præſcribitur. 58
Orationem Lectio præcedat. ibid.
Ad Orationem mentalem Superiores ſuo exemplo inferiores præeant. 59

Ordo. Ordines. Ordinationes.

Ordinationes facta in Congregatione Generali. 12
Ordinandi de moribus, & litteratura probentur. 31
Ordinandorum Examinatores. ibidem.
Teſtimonium Ordinandorum ab Examinatoribus dandum. ibidem.
Non ordinandi niſi ſeruatis interſtitijs. 32
Male promotorum ad Ordines pœna. ibid.
Ad Ordines promoti teſtimoniũ promotionis ad Prouincialem deferant. ibid.
Intra Diœceſim, & Prouinciam Fra-

Fratres ordinentur. 33
Ordinis, aut Prouinciarum diuiſionem, vel nouitatem procurantium pœna. 87
Ad Ordinarios locorum recurrentes, qua pœna plectẽdi. ibid.

Organum.

Organum ſolum, & non alia inſtrumenta muſica in noſtris Ecclesijs habere liceat. 45

P

Patres Ordinis.

Patres Ordinis, & Prouinciarum, quomodo puniendi. 82
Patres Ordinis perpetui ſunt Generales officio functi. 112
Patres Ordinis, & Definitores perpetui ſua familia ſunt Commiſſarij Generales. 117
Patres nihil ſibi arrogent in Prouincijs. 134

Paupertas.

Paupertas communitatem expoſcit. 63

Pecunia.

Penuniæ, & denariorum receptio delatio, & contrectatio prohibita, & punita. 52
Forma ſcripturarum pro receptione pecuniæ à Fratribus faciendarum. 53
Pecuniam ſine licentia quærere, proprietas eſt. ibid.
Capſulæ pro pecunijs recipiendis ab Eccleſijs exterminādæ. ibid.
Modus ad pecuniam recurrendi. 54
Neceſſitatis Iudicium pro recurſu ad pecunias ad Prælatos ſpectat. ibid.
Omnis eleemoſyna pecuniaria Fratribus data, aut relicta, & ſub dominio Eccleſiæ Romanæ, vel donatorum, & hoc nomine expendenda. 55

Percuſſor.

Percutere attentantes, qua pœna plectendi. 86
Percutientium pœna. ibid.

Pignus.

Pignoris aliquid dare prohibitum pag. 64

Pœnæ.

Pœnæ ob loquentium de Summo Pontifice, de Eminentiſſ. Cardinalibus, Epiſcopis, & Prælatis. 18
Male recipientium ad Ordinem pœna. 20
Proprietarij pœna. 78
Carceris. ibid.
Sacrilegij. 80
Turpitudinis fœdiſſimæ, & innominabilis. ibid.
Inobedientiæ. 81
Talionis. ibid.
Excommunicationis. 82
Calumniatorum. ibid.
Tacentium delicta in viſitatione. ibid.
Subornatorum. 84
Reuelantium ſecreta Definitorij. 85
Improperantium maxime Prælatis. ibid.
Reſpondentium Prælato in culpa. ibid.
Minantium alteri. ibid.

Percutientium. 86
Homicidarum. ibid.
Conſpiratorum. ibid.
Ordinis diuiſionem procurantium. 87
Ad Iudices ſaeculares, & ad locorum Ordinarios recurrentium. ibid.
Procurantium officia per ſaecularium fauores, & illa concedentium. ibid.
Incorrigibilium. 88
Falſificantium litteras, & ſigillum. ibid.
Impedientium litteras Superiorum. ibid.
Infamatorum. ibid.
Falſum in Iudicio deponentium. ibidem.
Fabricantium libellos famoſos. pag. 89.
Simoniacorum. ibid.
Luſorum. ibid.
Debita contrahentium. ibid.
Triremium. ibid.
Rebellium Prouinciali, vel Guardiano, vel Commiſſario, Viſitatori, aut Miniſtro Generali. 90
Poena à Superioribus impoſita ab inferioribus non remittendae. ibidem.
Poenae ab inferioribus impoſitae per Superiores ſine cauſa non relaxandae. ibid.
Poena non accedentium ad Capitula Prouincialia. 129
Poenae niſi ſcienter, & poſt ſententiam non incurruntur. 83

Poenitentia.

Qui poenitentiam à Superioribus locorum impoſitam facere renuerit quomodo puniēdus. 19
Poenitētiarij pro reſeruatis occultis in ſingulis Conuentibus inſtituantur. 75

Praecedentia

Praecedentiae gradus exprimuntur. 140
Qui Miniſtri, Vicarij, aut Commiſſarij Generales fuerunt omnes praecedāt vno ſolo Superiore excepto. ibid.
Procurator Generalis, Commiſſarius Romanae Curiae Procurator Reformatorum Definitores Generales, & Patres Ordinis, Prouinciales in ſuis Prouincijs, & Guardiani in ſuis Conuentibus omnes alios praecedant. ibid.
Poſt illos Prouinciales officio functi caeteros praecedant. ibid.
Secretarij Superiorum Generalium in vnaquaque Prouincia Definitores actuales praecedāt. ibidem.
Cuſtodes, & Definitores Prouinciarum actuales poſt Guardianos locorum alios à ſupradictis praecedant. ibid.
Cuſtodes completo officio eos qui fuerunt Definitores, praecedant inter ſe ante reſpectiue ex antiquitate habitus. ibid.
Reliqua de praecedentia, vide ibidem.

Praedicatores.

De Praedicatoribus extra ſuas Pro-

Prouincias mittendis, Superiores diſponant. 13
Prædicatorum ætas, & conditiones. 146
Prædicatores quomodo probandi. pag. 147
Conciones ſibi non procurent. ibidem.
In aliena Prouincia inconſulto Prouinciali nõ prædicent. ibid.
Extra ſuam Prouinciam inſtituti in ea non prædicent ſine conſenſu Definitorij. ibid.
Eleemoſynas pecuniarias non recipiant. ibid.
Nec aliarum rerum quæſtum faciant. 148
Contra Prælatos, & bonos mores non prædicent. ibid.
Praua non dogmatizent. ibid.
Prædicator ſcandaloſus puniendus. 149
Prædicatores in ſingulis Conuentibus collocandi. 134

Praxis criminalis.

Praxis criminalis obſeruanda. pag. 151

Priuatio.

Priuatio actuum legitimorum ſuffragiorum, & officiorum Ordinis quid importet. 78

Procurator Ordinis.

Procuratoris Generalis Ordinis officium, & qualitates. 123
Procurator Ordinis ſoli Miniſtro Generali, & Commiſſario ſubijcitur. ibid.
Sine eius conſenſu negocia in Curia Romana non expedienda. 124
Forenſes ad ſuas tantum Prouincias, vel Romanam mittat. ibidem.
In règimine Prouinciarum non ſe intromittat. ibid.
Nihil procuret totum Ordinem concernens ſine mandato Generalis. ibid.
Bullas ad Ordinem ſpectantes procuret, illaſque ad Prouincias tranſmittat. ibid.
Vacante eius officio, Generalis prouideat. 125
Procurator Generalis in Congregatione Generali inſtituendus. ibidem.

Proceſſus.

Proceſſus vltra ſex menſes non ſeruentur. 178

Profeſſus. Profeſſio.

Profeſſi aliarum Religionum quomodo recipiendi. 20
Profitentis nomen, paria, ætas, item tempus profeſſionis in Archiuio Prouinciæ, & Conuentus deſcribantur. 28
Iuuenum profeſſorum ſecundus Nouitiatus. ibid.
Iuuenes profeſſi donec fiant Sacerdotes ſint ſub cura Magiſtri. ibid.

Proprietas. Proprietarius.

Proprietas eſt ſecum clauem cellæ, vel arcæ deferre. 63
Item aliquid apud ſæculares ſine licentia deponere. 64
Proprietarius eſt qui vltra conceſſa aliquid habere præſumit. pag. 65
Proprietariorum pœna. 78

Prouincia. Prouincialis.

Extra Prouinciam exitus ſine licentia vetitus. 36

In Prouincijs nil innouandum tempore Capituli Generalis. 97

Prouinciã Commiſſario moriente quis gubernabit. 136

Prouinciæ contribuant expenſas neceſſarias pro expeditione negociorum procuranda per Procuratorem Ordinis, & Commiſſarium Curiæ. 124

Prouinciarum Ciſmontanæ, & Vltramontanæ familiæ ordo, & numerus. 125

Prouincia de nouo erecta Generalis, de Prouinciali, & Definitorio prouideat. 137

Prouincialis nonniſi ad viciniorem Prouinciam mittere poteſt. 36

Prouincialium poteſtas in forenſes. 89

Prouinciales non mittant Commiſſarios particulares per Prouinciam ſine vrgenti cauſa. pag. 137

Prouincialis Candiæ ad Capitulum Generale accedere non tenetur. ibid.

Prouincialium, & Definitorum actualium extra Prouinciam præcedentia. ibid.

Prouincialis quantum vacare debeat. ibid.

Prouincialis officio functus in Definitorem, & Guardianum eligi non poteſt. ibid.

Quos debeat præcedere. ibid.

Poteſt habere ſociũ gratũ. ibid.

Exceptis præcedentia, & ſocio nullo alio priuilegio gaudeat. ibidem.

Prouinciales ad ſe recurrentes, vt excipiant. 151

Prouincialis ætas, & qualitates. pag. 129

Prouinciales ex ſua Prouincia aſſumantur. ibid.

Prouinciales titulares priuilegijs non gaudent. ibid.

Prouinciales ſint triennales plus minus Prouinciã viſitent. ibid.

In vno Conuentu non morentur, vt plurimum. ibid.

A Prouincialium iuriſdictione nullus exemptus. ibid.

Prouinciales delinquentium punitiones non differant. 136

Confeſſarios examinent in omnibus viſitationibus. ibid.

Regeſtum reorum, & delinquentium conficiant. ibid.

A Viſitatorum iuriſdictione non eximantur. ibid.

Extra Prouinciam egredi quomodo poſſint. ibid.

In Prouincialatu duo Fratres non ſibi ſuccedant. ibid.

Prouincialium ſocij. ibid.

Prouinciale Capitulum ſine licentia Generalis non celebrandum. ibid.

Prouinciali in officio decedente quid agendum. 138

Protector.

Protectorem quis petere debet. pag. 175

Protectoris authoritas. ibid.

Puel-

Puellæ.

Puellæ in monaſterijs ad habitum quomodo recipi debeant. 169

Prius confirmentur confiteantur, ac communicent. ibid.

Veſtes earum benedicantur, & eis nomen Sanctæ imponatur. pag. 170

R

Recurſus.

Recurſus ad Superiores cauſæ. 151

Reformatio.

Tranſitus ad Reformationem in Capitulo, vel Congregatione Prouinciali de cõſenſu vtriuſque Miniſtri concedatur. 15

Regula.

Nullam diſpenſationem Regula ordo admittit. 52

Reſidentia.

Reſidentia Superiorum. 139

Cauſæ à reſidentia excuſantes. ibidem.

Non reſidentium pœna. ibid.

Reuelans.

Reuelantes Confeſſionem, quomodo puniendi. 84

Reuelans peccatum occultum illudque non probans, qua pœna multandus. ibid.

Reuelantis ſecreta Religionis, pœna. ibid.

Reuelantis ſecreta Definitorij, pœna. 85

Reus.

Non conſtituatur quis reus niſi delictum ſit ſaltem ſemiprobatum. 83

Roma.

Romam venientium ſine licentia pœna. 49

Romam venientes Officialibus Curiæ ſe præſentent, negocia ſua illis communicent, illiſque obediant. ibid.

S

Sacerdotes.

Sacerdotes quotidie celebrent. pag. 59

Sacra Scriptura.

Sacræ Scripturæ lectio in Eccleſiis præcipuorum Conuentuum habenda. 60

Sæculares.

Sæculares ad interiora clauſtris tempore ſilentij non admittendi. 46

Sæculares ad cõmedendum in Refectorio non admittantur. ibid.

Syndicus.

Syndici Apoſtolici inſtitutio munus, & facultates. 52

Syndicus ſit in quolibet Conuentu pag. 53

Sine Syndico nil emi, aut vendi poteſt. ibid.

Syndicus pecunias non recipiat in Eccleſia, Sacriſtia, aut alio loco Conuentus. 54

Debita per Syndicos ſoluẽda. 56

Syndici aliquando poſſunt eſſe amici ſpirituales. ibid.

Computus iuridicus cum Syndicis interdictus. ibid.

Syndico laboris merces aſſignanda. 57

Scho-

Scholæ.

Schola ſecularium non regenda. pag. 58

Semina.

Semina nonniſi pro oleribus, & frumentis ferenda, 66

Seminarium.

Seminaria clericorum erigenda. pag. 29

Qui in Seminario collocandi, & qui inde amouendi. ibid.

Seminarij Magiſter qualis, & quæ docere debeat. ibid.

Quid iuuenes in Seminario addiſcere debent. ibid.

Seminarij Guardianus qualis. 30

Seminarij iuuenes à quibus exempti. ibid.

Seminaria quomodo ſuſtentanda. ibidem.

Silentium.

Silentium vbi, & quando ſeruandum. 45

Socius.

Sine Socio non egrediendum. 48

Sine Socio incedentes, vt Apoſtatæ puniendi. ibid.

Sociorum exceſſus Superioribus intimandi, & quomodo. 149

Contra hanc intimationem dogmatizantes puniendi. 150

Solicitus à Socio ſe ſequeſtrare puniatur. 153

Statuta.

Statuta Generalia de nouo non fiant. 121

Statuta hæc tantum obſeruanda. pag. 178

Generales Statuta declarare poſſunt. ibid.

Statuta publicentur, in ſingulis Conuentibus habeantur, & legantur. ibid.

Statutorum tranſgregores puniantur. ibid.

Stabilia.

Stabilia prō Miſſarum onere renuncianda. 66

Studia. Studentes.

Ad Studia aliarum prouinciarũ non mittantur Fratres, niſi ad petitionem Definitorij. 13

Studijs inuigilare debent Superiores. 59

Studia ſaltem tria ſint in qualibet Prouincia. ibid.

Studentes à quibus exempti. 60

Studentes quanto tempore poſſint à Conuentu xire. ibid.

Studentes ſcandaloſi ſtudio priuandi. ibid.

In quolibet Studio duo Lectores deputandi. ibid.

Studentes nec prædicent, nec confeſſiones audiant. 61

Subornatores.

Subornatores qui dicantur, & eorum pœnæ. 84

Superiores.

Superiores ſubditis neceſſaria prouideant. 41

Superiores non imponentes pœnas Choro non intereſſentibus quo modo puniendi. 44

Superiores communitatem in omnibus ſeruent, ſub pœna inhabilitatis ad officia. 63

Superiores à Confeſſarijs pecunias recipientes deponendi. 74

Su-

Suſpectum conſortium.

Suſpecti conſortij indicia. 152

Quod conſortium prohibetur. *ibidem.*

Suſpecti conſortij reus quomodo puniendus. *ibid.*

T

Talio.

TAlionis pœna, qui puniendi. pag. 81

Tertiarij.

Tertiariorum habitus, & ætas. pag. 23

Tertiarij ad habitum Religionis non admittendi. ibid.

In Conuentu pecunias non recipiant. 54

Teſtes.

Teſtium dicta, quomodo excipienda. 151

Teſtium nomina non reuelanda, niſi &c. ibid.

Theologia.

Theologia moralis in præcipuis Conuentibus docenda. 59

Theologiam non legat qui Philoſophiam non docuerit. 61

Tituli.

Tituli tolluntur. 139

Tonſura.

Tonſura quoties, vbi, & quomodo facienda. 41

Tortura.

Tortura quando, & quomodo infligenda. 80

Triremes.

Ad Triremes damnari pro quo crimine quis poſsit. 89

Ad triremes damnati, perpetuo inhabiles. ibid.

Terra ſancta.

Fratres ad Terram ſanctam quis mittere poſsit. 172

Fratribus ad Terram ſanctam miſsis, Commiſſarij prouideant. ibidem.

Fratres redeuntes à Terra ſancta, quid agere debeant. ibid.

Superfluis expolientur. 173

Deſtinatos ad Terram ſanctam Prouinciales veſtiant. ibid.

Miſſi à Terra ſancta Generalem prius adeant. ibid.

Quæſtores pro Terra ſancta. pag. 174

Reuerſi à Terra ſancta, barbam radant. ibid.

Secretarius Ciſmōtanus Cuſtos Terræ ſanctæ. ibid.

Commiſſarij Terræ ſanctæ priuilegia. ibid.

Tunica.

Plures Tunicas quis, & quando concedere poſsit. 40

V

Venditio.

VEnditio, aut commutatio rerum Fratribus conceſſarum fiat nomine dantium, aut R.E. 55

Veſtimenta.

Veſtimentorum qualitas, & numerus. 38

Vilitas in quo conſiſtat. 39

De communi panno fiant. 40

Veſti-

Veſtimentorum communitas inſtituenda. 64
Veſtes extraneas nullus induat. pag. 41
Veſtimentorum alienator qualiter puniatur. 65
Loco Veſtimenti pecunia nec detur, nec recipiatur. ibid.

Vicarius.

Vicarius Ordinis quomodo eligendus. 113
Vicarius Generalis quando Capitulum conuocare debet pro eligendo Generali. 114
Vicarius Generalis qui fuit, quibus gaudeat. 115
Vicarius Prouincialis quomodo eligendus. 138
Vicarij Prouinciales biennio integro quibus priuilegijs gaudeant. ibid.
Vicariorum qualitates, & ætas. pag. 134

Vineæ.

Vineæ ad fructus non ad vinum permiſſa. 66

Viſitatio.

In Viſitatione qui tacet delicta, amplius non audiatur niſi proteſtatus fuerit. 82
Viſitatio quomodo inſtituenda à Commiſſarijs Viſitatoribus. pag. 143
Viſitationis capita. 143
In Viſitatione ſupellex cellarum in Inuentarium redigenda. 149
Viſitatorum nomina numquam reuelanda. 150

Vita communis.

Vitam communem ſeruare quid ſit. 129

Votum.

Votum ſibi nemo dare poteſt. 94
Vota abſentium ſuppleri non poſſunt, nec per procuratorem dari. 99

FINIS.

VRBANVS
PAPA VIII.
Ad Futuram rei memoriam.

RELIGIOSOS Viros, qui abnegantes ſemetipſos, vt facerent voluntatem Domini, ſuam fregerunt, ſicuti peculiaribus huius Sanctæ Sedis fauoribus, & gratijs dignos exiſtimamus, ita ad circumſpectam illius prouidentiam pertinere dignoſcimus, ea ſedulò ſtatuere, atquè ordinare, quibus Religioſi ipſi, qui in ea, quam ſingulari diuinæ benedictionis præſidio ingreſſi ſunt, via dignè ambulantes, amplioribus indies coràm oculis Domini proficiant incrementis. Hinc eſt, quòd Nos, dilectorum filiorum Fratrum Minorum Sancti Franciſci de Obſeruantia nuncupatorum pro paterno, quo eos proſequimur charitatis affectu, ſtatui, & fælici gubernio conſulere; eiſquè ſpecialem gratiam facere volentes, ſupplicationibus dilecti filij Fabij Papazzoni Commiſſarij Generalis Curiæ eiuſdem Ordinis Nobis ſuper hoc humiliter porrectis inclinati, vt de cæterò omnes, & ſingulæ electiones tàm Miniſtrorum Prouincialium, & Cuſtodum, quàm Guardianorum dicti Ordinis per ſuffragia ſecreta, & ballottationes fiant, & in-

paritate ſuffragiorum, Præſidens electionibus huiuſmodi, votum, ſiuè ſuffragium deciſiuum habeat. Præterea, vt poſtquàm Statuta generalia dicti Ordinis in vnum volumen compilata, & Typis ædita, & reuiſa, & approbata per Sedem Apoſtolicam fuerint, nulla alia abindè in futurum Statuta, ſeù Conſtitutiones in familia Ciſmontana eiuſdem Ordinis fieri, ſeù condi poſſint, ſed prædicta generalia Statuta poſtquàm, vt præfertur, reuiſa, & approbata per dictam Sedem fuerint, impoſterùm ſeruari debeant. Ad hæc, vt de cætero Fratribus de familia nuncupatis dicti Ordinis tranſitus ad Fratres Reformatos eiuſdem Ordinis non concedatur, niſi in Capitulis, ſeù Congregationibus Prouincialibus cum conſenſu vtriuſquè Miniſtri Prouincialis, vel Miniſtri Generalis, & quoàd eos, qui à Fratribus Reformatis huiuſmodi ad illos de familia tranſire voluerint fel. rec. Clementis VIII. & Pauli V. Roman. Pontific. Prædeceſſorum noſtrorum, ac noſtrarum in ſimili forma Breuis hac ſuper re aliàs emanatarum literarum forma omninò ſeruetur, Apoſtolica auctoritate tenore præſentium ſtatuimus, mandamus, & ordinamus. Demùm, vt Fratres eiuſdem Ordinis ad audiendas Chriſti fidelium Confeſſiones aliàs approbati, omnibus, & ſingulis facultatibus, Pœnitentiarijs Apoſtolicis in hac Alma Vrbe noſtra conceſſis circà adminiſtrationem Sacramenti Pœnitentiæ in Eccceſia Sanctæ Mariæ Angelorum nuncupat. eiuſdem Ordinis propè Aſſiſium quotànnis die ſecunda Auguſti, qua feſtum ſolemne in dicto Ordine celebrari conſueuit dumtaxat vti poſſint eiſdem auctoritate, & tenore concedimus. Decernentes, præſentes literas validas, firmas, & efficaces exiſtere, & fore

& fore, ſuoſque plenarios & integros effectus ſortiri, & ab omnibus, ad quos ſpectat inuiolabiliter obſeruari, ſicquè, & non aliter in præmiſſis per quoſcumquè Iudices Ordinarios, & delegatos, etiam cauſarum Palatij Apoſtolici Auditores iudicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, ſi ſecùs ſuper his à quoquàm, quauìs auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ac Ordinis, & familiæ huiuſmodi, etiam iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel alia quauìs firmitate roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, priuilegijs quoquè indultis, & literis Apoſtolicis in contrarium præmiſſorum quomodòlibet conceſſis, confirmatis, & innouatis. Quibus omnibus, & ſingulis, illorum omnium tenores, præſentibus pro plenè & ſufficienter expreſſis habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, ad præmiſſorum effectum ſpecialiter, & expreſsè derogamus, cæteriſquè contrarijs quibuſcumquè. Datum Romæ apud Sanctum Petrum ſub Annulo Piſcatoris die x. Nouembris MDCXXXXII. Pontificatus Noſtri Anno Vigeſimo.

M. A. Maraldus.